Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Hübner Abraham Kriegel

Centvm Qvatvor Historias Sacras : Qvas Pavcis Abhinc Annis Ex Sacris Litteris Collectas, Pverorvmqve Captvi Accommodatas Germanico Sermone

Lipsiae: Apvd Io. Frid. Gleditschii B. Filivm, MDCCXXVI.

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0001
DFG

Hunc librum donavit

Seltzschopp.

Bl II
724

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0002
DFG



C. L. F. Schmidt
Sres d. 12 Jan
1765.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0003
DFG

CENTVM QVATVOR

HISTORIAS SACRAS,

QVAS

PAVCIS ABHINC ANNIS EX SACRIS LITTERIS COLLECTAS, PVERORVMQVE CAPTVI ACCOMMODATAS GERMANICO SERMONE EDIDIT

VIR DE RE SCHOLASTICA INPRIMIS BENE MERITVS

IOANNES HÜBNERVS,

RECTOR IOANNEI GYMNASII, QVOD EST HAMBVRGI,

LATINE REDDITAS CVM PRÆFATIONE

DE

INSIGNI HVIVS LIBELLI VSV

PRODIT

M. ABRAHAMVS KRIGEL.

LIPSIÆ,

APVD IO. FRID. GLEDITSCHII B. FILIVM

MDCC XXVI.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker

https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0005

DFG

Lectori benevolo

S.

Liber, qui tibi hic, amice Lector, latine a me redditus ob oculos versatur, inter utilissimos, quos celeberrimus Dominus Hübnerus, Vir de re scholastica insigniter meritus, edidit, merito refertur. Is enim, sive doctrinæ dignitatem, sive docendi facilem & perspicuam rationem spectemus, laude omnino est dignus. Cum teneris puerorum animis sit admodum accommodatus, & apprime utilis, mirum videri debet nemini, multos pædagogos eum tanto amplexos esse amore. In omni institutione puerorum eo respiciendum est, ut ei fiant doctiores, meliores & modestiores, quem fructum ex istis historiis facillime poterunt percipere; præsertim si cum illis frequens latini sermonis exercitium conjungatur. Longo ego didici

usu, de una fidelia plures posse dealbari parietes, & quæstionum in docendo maximam esse utilitatem, & in linguæ latinæ studio pueros non parum proficere, si ipsorum ingenia ita exerceantur, ut latine sciant, quæ sua lingua possunt eloqui. Quare, illum librum ut homo eruditus in latinum transferret sermonem, sæpius optavi. Cumque spem esse, fore, ut latinus in lucem prodiret, inaudirem, diu illius cupidus expectavi, quo & mihi alieno isto labore perfrui liceret. Sed spe illa evanescente manum ipse operi admovi, atque ad institutionem puerilem quoddam adjumentum afferre studui. Præclarissimum Hübnerum, Virum supra laudem meam positum, quæ ejus est humanitas, id haud moleste laturum esse, confido. Levis quidem est mea opera, & pene puerilis, quam hic impendi; at, si quis ea velit uti, pueris, ut spero, egregio erit emolumento. Ii non tantum audiendi sunt, qui nobis divitias commendant, sed etiam iis faciles præbeamus aures, necesse est, qui nobis divitiis bene utendi rationem ob oculos ponunt. Secutus sum, quoad licitum fuit, Castellionem, Virum, cum viveret, multarum linguarum, inprimis latinæ, studiosissimum & peritissimum. Non me fugit, ejus Biblia latina suos habuisse contemtores, cum primis Pontificiorum sacris

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0008
DFG

cris addictos, (*) qui veriti, ne antiqua Biblia, quæ vocantur vulgata, minoris æstimentur, in arenam descenderunt. Sed salva res est: Bonus ille vir facem multis prætulit interpretibus, & inprimis ornatus latini sermonis magni faciendus est: Cum ejus oratio non sit sublimis, inconstans, hiulca & inculta, sed pura, simplex, tersa, & imitatione digna. Notitia historiæ sacræ cuivis, qui Christi sectator esse cupit, necessaria est, & latinæ linguæ scientia, qui docti nomen vult gerere, carere non potest. Quid ergo prohibet, quominus optimum dicendi genus cum rerum divinarum cognitione discamus. Veritas licet possit sine eloquentia defendi, ut est a multis sæpe defensa, tamen claritate ac nitore sermonis illustranda & quodam modo differenda est, ut potentius in animos influat, & vi sua instructa & luce orationis ornata. (**) Quod ad historias attinet nostras, eæ sunt nervosæ, ut historicum decet, scriptæ, & quod utilissimum arbitror; quæstiones subjunctæ sunt ita faciles, ut vel puer puerum docere posse videatur. Ei præceptores meo quidem judicio inprimis magni habendi sunt, qui perpetuo pueros quæstionibus exercent, & nisi eos defatigatum iri sentiant, iisdem detinent. Quæ enim docendi ratio

(*) Vid. Vockerodti Consult. de Lit. stud. recte instit. p. m. 147.
(*) Vid. Lactant. Instit. div. L. 1. c. 1. p. m. 3.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0009
DFG

potest excogitari, quæ res clariores reddat, atque eas quasi vivas repræsentet, quam quæ quæstionibus abundat? Quid aptius est ad excitandam honestam inter adolescentulos æmulationem, quæ mihi semper optima ingeniorum cos visa est, quam quæstiones? institutio illa est viva, jucunda, novitatis cupidini accommodata. Non sinit ea quenqam discipulorum aliud cogitare, mente peregrinari, segnescere. Quin etiam excitat, exhilarat, instruit, acuit, & disertos facit. Dividuntur recte quasi labores inter magistrum, & discipulos: Neutra enim pars amplius aut minus justo agit. Peccant præceptores dicaces, qui perpetuum a discipulis silentium requirunt; perperam & illi faciunt, qui omne onus in discipulos devolvunt, & præter lapides atque acerbissima dicteria vel leviter erratibus discipulis nihil loqvuntur, Sata sunt quasi semina sapientiæ in teneris mentibus, quæ humectanda, & ut queant progerminare, eorum impedimenta sunt removenda. Scintilla doctrinæ in animis puerilibus tanquam in cineribus latet, quæ si sufflatur quæstionibus, omnia illustrat. Judices cum inquirunt in causas, interrogando eliciunt atque expiscantur, quæ homines in jus vocati sæpe alias neque potuissent, neque voluissent proloqui. Similiter ludorum magistri non tantum, quæ pue-

puerorum sit indoles atque ingenium, experiuntur, sed etiam eos reddunt dociles, eloquentes, & fideles. Eum etiam morem in interpretatione Auctorum, quos vocamus classicos, servare consuevi, ut quodvis caput, cum sit explicatum & probe excussum, per quæstiones a discipulis exigam. v.c. Si primum Miltiadis caput essem interpretatus, quærerem ex scholasticis: Cujas fuit Miltiades? Qua re maxime floruit? Quando voluerunt Athenienses colonos Chersonesum mittere? Poterantne cives Athenienses bene de Miltiade sperare? Quid poterant confidere? Num quis ejus demigrationis societatem petiit? Quisnam Delphos missus est? Cur quidam delecti Delphos missi sunt? Quis tum eas regiones in Chersoneso tenebat? Cum quibus erat pugnandum. Quid Pythia præcepit? & quæ sunt ejus generis quæstiones. Passus sum me ipsum a teneris pueris interrogari; jussi & puerum a puero responsiones postulare. Qua opera tantum me proficere animadverti, ut pueri sint attenti, & assuescant latino sermoni, neque ipsi vereantur latine loqui, neque latine loquentes fastidiant & fugiant. Si paulo curatius de ordine in lectione historiarum sacrarum observando præfari liceat, statuo eum esse optimum, ut, cum quis discipulorum unam historiam germanicam probe intelligit, & ferme suis verbis

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0011
DFG

recenſere poteſt, eam, ſi ſit ſatis inſtructus, in latinum transferat ſermonem, & deinde accedat ad latinam. Notam enim hiſtoriam pueris ante eſſe volo, quam ei ad latinæ hiſtoriæ lectionem admittantur, ne ignoratio ejus tædium & moleſtiam illis creet. Sin vero puer nondum aptus ſit ad vertendum ex germanicis in latinum ſermonem, poteſt ille voces primum annotare excerptas ex hiſtoria, eas memoriæ mandare, & præeunte magiſtro hiſtoriam interpretari, ſuæque memoriæ per quæſtiones imprimere. Præceptor enim cum formulas dicendi & latiniſmos præſtantiores explicuit, & ita imitatus eſt, ut puer hiſtoriam teneat, idem quæſtionibus exercendus eſt. Primum puer interrogatus reſpondeat ex libro, utaturque verbis ibidem exſtantibus. Deinde alius ſepoſito libro memoriter reſpondeat, non quidem ea lege, ut omnia verba ita accurate & ſevere exigantur ab ipſo. Poſtea puer puerum poterit interrogare, ut quaſi alter præceptoris loco ſit, alter diſcipuli; quæ res jucunda pueris eſt, & eos ad diligentiam acuit. Tandem ſi Præceptor ſemel aut bis hiſtoriolam verbis planiſſimis latine enarret, a diſcipulo uno vel pluribus facili opera idem fieri poterit. Eas hiſtorias puero vel paucorum annorum exponi poſſe exiſtimo: Si enim prima Grammaticæ rudimenta noſcat, & ex prima hiſtoria hanc

legat

legat & germanice reddat ſententiam: Principio rerum creavit Deus cœlum & terram, magiſter quærit ita ex eo: CreavitneDeus cœlum & terram? reſpondente diſcipulo: Creavit. Magiſter pergit: Quis creavit cœlum & terram? D. Deus. M. Quid creavit Deus? D. cœlum & terram. M. quando? D. principio rerum. M. fuitne terra iners atque rudis? D. fuit iners. M. Quæ terræ facies fuit? D. terra fuit iners? M. fuitne profundum tenebris offuſum? D. fuit. M. Quid fuit tenebris offuſum? D. profundum. M. Quid noſti de profundo? D. illud tenebris fuiſſe offuſum. Lectis & explicitis iſtis verbis: Et divinus Spiritus ſeſe ſuper aquas libravit, magiſter quærit: Libravitne ſeſeSpiritus divinus ſuper aquas? quis libravit ſe? Quid fecit Spiritus divinus? ubinam Spiritus divinus ſe libravit? & quæ poſſunt eſſe reliqua. Si rectius velimus conſulere puerorum memoriæ, quæſtionem, de qua re in hiſtoria agatur, poſſumus præmittere, atque ex reſponſione integram evolvere & quærendo enucleare hiſtoriam. Pædagogus ipſe judicabit, quæſtionesne mutare & augere, an minuere præſtet; obſervabitque, num ad quæſtionem per adverbium ſit reſpondendum, an & quomodo caſus & tempora ex hiſtoria reſpondentem mutare oporteat. Pueri, qui aliquem habent progreſſum in latina lingua, li-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0013
DFG

brum hunc non sine fructu manibus terunt & studiose legunt. Mirum enim, quantum hic eorum judicandi facultas firmetur. Sententiæ ex una historia plures possunt elici. v. c. Præceptor quærit ex prima historia: Estne mundus æternus? puero negante illud, præceptor requiret probationem, quam ille facile dabit dicens, cœlum & terram esse creata, & habere initium. Præceptori ita roganti: Deus creavit omnia bono ordine, quid inde discis? respondebit discipulus: Bonum ordinem nobis omnibus in rebus esse observandum. Præceptor quærendo ita pergit: Deus septimo die cessavit, quid igitur doceris? discipulus dicit: Post laborem actum ferias quoque esse homini concedendas: Labores actos esse jucundos: Solatium esse laborantibus, laboris fore finem. Latini sermonis tirones quoque poterunt vertere stylum, & aliis verbis atque sententiis consignare litteris & enarrare historiam, quæ styli exercitatio flocci haud est pendenda. Pueri sic exerciti facile & commode discent latine loqui, & quidem longe tutius & rectius, quam cum a pueris postulatur, ut vix tenentes aliquot voculas, & compositionis vocum ignari latine loquantur; quid tum præter barbarismos audiri potest? Non quidem nescius sum, multis viris doctis pueriles sermones latinos minus probari verentibus, ne pueri barbare

loqui

loqui discant, & styli æqualitatem & numerum nunquam assequantur. Si quis per omnem ætatem tantum vacaret latinis colloquiis, nec auctores legeret, nec imitaretur, tum demum ad eorum accederem sententiam: Sin vero sedulus præceptor adsit, errantes scholasticos interdum toleret, sæpius eorum sermones emendet, & ut pure, ornate & copiose dicere discant, diligenter adhortetur, non est, quod barbariem vereamur. Pueri pigri, & qui sunt fracto & humili animo, penitus deterrentur a latinæ linguæ cultura, cum ita anxie in difficilium auctorum lectione versatur præceptor, ut elaborandam ab eis orationem pene omnem oblitteret, & corrigat. Si quis pueros plane ea de caussa a latino sermone arceret, idem mihi facere videretur, atque is, qui prohiberet, quominus infantes germanorum sua lingua loqui incipiant, donec adoleviſſent, ne ridicule, barbare & perplexe loquantur, maleque pronuntient. Præceptorem autem hic pueris non præfectum esse volumus, qui sit elinguis, tædiosus, pueris inimicus, sed requirimus hominem eruditum, disertum, latinarumque litterarum satis peritum. Nam teneris animis ab indocto, & litterarum humaniorum inscio magistro male consuli & succurri, quisque vel me tacente facile conjectura assequitur. Tantum abest, ut hoc studium ejusmodi

modi commendem homini, ut potius assentiar eruditissimo Conr. Hornejo, qui (*) eruditionem impediri a juvenibus, ut vocantur studiosis, sæpe ad puerorum institutionem ineptis recte existimavit. Haberem quidem plura, quæ possem de ratione hoc libello commode utendi dicere; enim vero nunquam satis diceremus: Nullus autem dubito, quin doctus & fidelis magister ipse experiendo intelligere facile queat, suis quid conveniat auditoribus & prosit. In institutionis negotio esse arcana, quæ nec scribi nec dici possint, omnes eruditi viri, qui vel puerorum animos formare laborarunt, vel jam laborant, mecum confitebuntur. Si enim diversitatem ingeniorum, responsionum, lectionum, temporum respicimus, multa docet prudentia, quæ sint monenda. Nemo omnes casus, quos videt præceptor, fingere vel excogitare potest, multo minus, quid tum conveniat, dicere. Deus clemens adsit omnibus pædagogis & doctoribus, atque ipsorum instituta ita fortunet, ut pueri ad litteras nati pietatis & optimarum artium studiis bene erudiantur, & quotidie fiant doctiores, meliores, modestiores! Vale!

(*) im reiffl. und hochvernünfftigen Bedencken über das Schul-Wesen. p. m. 36.

Quin-

Quinquaginta duæ

HISTORIÆ SACRÆ Veteris Teſtamenti.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0017
DFG

HISTORIA I.
de
MUNDI CREATIONE.
Gen. I. & II. Cap.

1,2,3. PRincipio rerum creavit Deus cœlum & terram; Gen. I, 1.
4. terra autem fuit iners atque ru- - - 2.
dis, tenebrisque offusum pro-
5. fundum, & divinus spiritus sese
6. super aquas libravit. Sex die-
rum intervallo omnis generis
7. creata produxit Deus. Primo - - 3.
8. die creavit lucem; secundo cœ- - - 6.
9. lum sive expansum; tertio ter- - - 9.
10. ram cum suis plantis; quarto - - 14.
11. solem, lunam & stellas; quinto - - 20.
natatiles animantes & volu-
12. cres; sexto animantia terrestria - - 24.
13. & hominem. His effectis anim- - - 31.
advertit Deus, omnia, quæcun-
que fecerat, esse admodum bo-
14. na. Septimo denique die Deus Gen. II, 2.
ab omni opere a se effecto fe-
riatus est.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quisnam omnia creavit?

2. Quando id accidit?
3. Quid Deus primum creavit?
4. Quæ rerum facies fuit initio?
5. Quid sese libravit super aquas?
6. Quot dierum intervallo produxit omnia Deus?
7. Quid primo die Deus creavit?
8. Quid secundo?
9. Quid tertio?
10. Quid quarto?
11. Quid quinto?
12. Quid tandem sexto?
13. Numnam opus bene processit?
14. Quid Deus septimo fecit die?

Sententiæ utiles.

I. Dominus Deus cœlum & terram, & quæ in eis inveniuntur, omnia ex nihilo creavit. Quid inde discimus?

Potentiam Dei esse immensam.

II. Quæcunque Deus sex dierum intervallo creaverat, ea erant admodum bona. Quid inde cognoscimus?

Sapientiam creatoris esse infinitam.

III. Deus omnia hominis caussa creavit. Quid inde colligimus?

Benignitatem Dei esse ineffabilem.

Piæ Meditationes.

Principio rerum cœlum terramque creavit,
Confecitque sua singula voce Deus.
Ista meam mentem meditatio sancta subibit,
Pervastum quoties hocce tuebor opus.
Ex nihilo totum qui solus condidit orbem,
Maximus is Dominus jure vocandus erit.

HI-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0020
DFG

HISTORIA II.
de
Hominis creatione.
Gen. I. & II. Cap.

1. PErfectis cæteris rebus sic De- Gen. I, 26.
us dixit: Faciamus homi-
nem ad imaginem nostram,
2. nostri similem. Itaque Deus - - 27.
duos homines marem & fœmi-
3. nam creavit; marem Deus no- III, 20.
mine vocavit Adamum, fœmi-
næ vero Adamus nomen Eva II, 7.
4. imposuit. Primo Deus marem
5. ex terræ pulvere formavit, &
in ejus nares spiritum vitalem - - 18.
6.7. inspiravit. Adamo formato di-
xit ita Deus: Non convenit
Adamum esse solum; faciam ei
adjumentum accommodatum.
8. Quamobrem arctissimo eum - - 21.
somno Deus consopivit, eique
9. unam ex costis detraxit, ex qua - - 22.
mulierem construxit, atq; eam
10. adduxit ad Adamum. Tum A- - - 23.
damus: Nunc demum, inquit,
os de ossibus meis, & caro de
11. carne mea est. Quo facto Deus - - 24.
matrimonium instituit, primis-

que conjugibus fœcunditatem
Gen. 1, 28. dedit, sic eos alloquens: Fœti- 12.
ficate, multiplicamini, replete
terram, eamque subigite, & in
pisces aquatiles, volucresque
aëreas, & omnes, quæ in terris
moventur, bestias imperium
habete.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid Deus rebus perfectis dixit?
2. Quot homines Deus initio creavit?
3. Quibus nominibus ambo sunt appellati?
4. Quis primus creatus est?
5. Unde formatus est Adamus?
6. Unde accepit animam?
7. Quid Deus formato Adamo dixit?
8. Quid Deus fecit Adamo?
9. Quid Dominus Deus ex costa construxit?
10. Quid Adamus evigilans ait?
11. Quid Deus post creationem instituit?
12. Quibus verbis primos conjuges, fœcunditatem eis dans, allocutus est?

Sententiæ utiles.

I. Homo primus ex terræ pulvere formatus est. Quid inde sequitur?

Id sequitur, hominem debere a fastu longe abesse.

II. Deus in Paradiso, formata ex Adami costa muliere, auctor conjugii fuit, eique fœcunditatem dedit. Quid inde colligis?

Uxo-

Uxorum esse, cum a viris trahant originem, parere maritis.

III. Deus initio tantum par conjugum creavit. Quid ergo statuis?

Virum non amplius una uxore, & uxorem non amplius uno viro in matrimonio habere, fas esse.

Piæ Meditationes.

Primus homo Domini supremi factus imago,
Massa prius terræ pulverulenta fuit.
Qui fit, mundanus nimium se diligit ipsum,
Ortus terreni non meminisse cupit.
In terram semper demittam lumina putrem,
Cum tumidus mentem fastus ad astra rapit.

HISTORIA III.

de

Innocentiæ statu in Paradiso.

Gen. I. II. & III. Cap.

1. ADamus & Eva initio fuerunt integritate & innocentia
2. summa. Quo cum statu essent, resplenduit in eis divina ima-
3. go; itaque culpa carentes, ab- Gen. I, 27.
undabant justitia, veraque pie- Ephes. IV, 24.
4. tate. Mors tunc temporis non- Sap. II, 23.
dum in mundum intraverat: Adamus igitur & Eva fuerunt

Gen. I, 28. immortales. Non erat, quod 5.
bestias timerent: In eas enim
omnes imperium habebant ho-
mines. Eodem tempore vesti- 6.
- II, 25. mentis haud opus fuit, cum du-
rante isto innocentiæ statu ho-
- - 8. mines incederent nudi. Lo- 7.
cus, quem incoluerunt, Para-
disus fuit, pomarium amœnis- 8.
simum a Deo ipso consatum;
- - 9. in quo reperiebantur omnis 9.
generis arbores oculis gratæ.
III, 6. Negligentibus autem Dei man- 10.
datum primis hominibus Jova
- - 23. Deus ita est iratus, ut eos ex po- 11.
- - 24. mario abigeret; collocavitque 12.
ad pomarii ostium Cherubos &
flammeum ensem vibrantem,
Rom. V, 12. ut cohiberentur aditu. Ita ho- 13.
mines peccantes imaginem Dei
amiserunt, in cujus locum suc- 14.
cesit peccandi libido, peccati-
Gen. V, 3. que comes mors. Adamus 15.
deinde procreavit liberos sui si-
Psal. LI, 7. miles; quare ad hunc usque di- 16.
em omnes ejus posteri in pec-
catis concipiuntur & nascun-
tur.

Pur-

Perſpicuæ Quæſtiones.

1. Quis primorum hominum ſtatus atque conditio fuit?
2. Quid tum reſplenduit in eis?
3. Num primi parentes carebant culpa?
4. Numnam mors erat in Paradiſo?
5. Timebantne beſtias?
6. Quo veſtitu Adamus & Eva ſunt uſi?
7. Quo habitarunt loco?
8. Quid fuit Paradiſus?
9. Quid reperiebatur in Paradiſo?
10. Quid homines in Paradiſo ſunt auſi?
11. Quid igitur Deus fecit?
12. Licuitne eis rurſum intrare in Paradiſum?
13. Quid homines peccantes amiſerunt?
14. Quid in ejus ſucceſſit locum?
15. Quosnam procreavit liberos Adamus vitiis infectus?
16. Quæ Adami poſterorum eſt natura?

Sententiæ utiles.

Quæ cum acta ſint, quantum diſcrimen generis humani, antequam vitiis contaminaretur, & poſtquam contaminatum eſt, ſit, nunc poteſt intelligi.

I. Hominibus, cum innocenti eſſent ſtatu, nihil vitii adhæſit, ſed juſti fuerunt & ſancti.

Culpa vero admiſſa cuilibet ingemiſcendum atque ita dicendum: Reſpice me, Domine: In vitio enim genitus ſum, & in peccato concepit me mea mater. Pſ. LI, 6.

II. Statu meliore cum eſſent homines, fuerunt immortales.

Malum poſtquam contractum eſt, precibus

his opus est: Ætatem perbrevem metiri nostram sic ostende, ut mentem acquiramus sapientem. Ps. XC, 12.

III. Homines integri habitarunt in Paradiso.

Vitiis nunc infecti conquerimur, versari nos in valle umbrosa & miseriis calamitatibusque repleta.

Piæ Meditationes.

Arbustis, fluviis, plantis Paradisus amœnus
Est ubi? quem quondam primus habebat homo.
Tempore post paulo pelluntur Adamus & Eva,
Ex quo jussa Dei non violare timent.
Quo me nunc vertam? mihi sis, mi Christe, benignus;
Spero, mihi in cœlis sic Paradisus erit.

HISTORIA IV.

de

Primorum Parentum peccato.

Gen. II. & III. Cap.

Gen. II, 9. IN medio Paradiso fuit arbor 1.
- - 17. scientiæ boni atque mali; quæ 2.
quidem tulit fructus oculis gratos; sed iis vesci neque Adamo 3.
neque Evæ licuit. Deus enim 4.
Adamo his verbis interdixerat
ea arbore: Si ea vesceris, mo- 5.
III, 1. riere. Parentes vero primi Dei 6.
in-

interdictum respuentes vesce-
7. bantur arboris fructu. Ut ita Gen. III, 1.
8. peccarent, diabolus in serpente
9. latens eis persuasit. Serpens - - 4.
enim: Nequaquam morte mul-
10. tabimini, inquit mulieri; sed si - - 5.
de eo comederitis, quasi Dei eri-
11. tis. Mulier existimans, arbo- - - 6.
rem, cum sit ad discendum
optabilis, esse & ad vescendum
12. satis accommodam; de fructu
ejus non tantum ipsa comedit,
13. sed suo quoque viro dedit. Cum
jam advesperascere Creator in - - 9.
pomarium veniens Adamum - - 8.
14. inclamat: Ubi es? inquit. Ada-
mus vero & Eva in medias po-
marii arbores sese abdiderant,
15. fecerantque sibi consertis ficul- - - 7.
16. neis foliis subligacula: Puduit
enim eos esse nudos. Ratio - - 10.
17. Deo cum reddenda esset, quare
ejus legem violassent, alius in
18. alium transtulit culpam. Ada- - - 12.
mus enim dixit, id sibi persua-
19. sum esse a muliere; Eva vero, - - 13.
se a serpente deceptam esse, ait.
20. DEo autem responsione illa - - 23.

cum

cum nequaquam satisfieret, ambos ex pomario ejecit. Accesit 21.
etiam, ut quisque peculiari afficeretur pœna. Evæ dixit De- 22.
Gen. III, 16. us: Tu natos cum dolore paries, & pendebis a viro tuo, tibique ipse imperabit. Adamo 23.
- - 19. hæc inprimis dixit: Cum vultus tui sudore victum tolerabis, donec redeas in humum, ex qua ortus es: Nam pulvis
- - 15. es, & in pulverem redibis. Ser- 24.
pentem ita Deus est allocutus: Mulieris semen caput tibi illi-
Gal. IV, 4. det. Per mulieris vero semen 25.
nemo intelligitur, nisi *Jesus Christus*, qui adveniente pleno tempore ex muliere erat nascen-
Gen. III, 21. dus. Postremo eis Deus tuni- 26.
cas fecit pelliceas, quibus eos induit, sicque eos dimittens Paradiso terga vertere coëgit.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid fuit in medio Paradiso?
2. Quid tulit ista arbor?
3. Quis qualisve fuit ejus fructus?
4. Cur eo non licuit vesci?
5. Quid Deus minatus erat?

6.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0028
DFG

6. Numnam primi parentes paruerunt legi?
7. Quis eis, ut peccarent, persuasit?
8. Ubinam latuit diabolus?
9. Quocum collocutus est hostis ille infensus?
10. Quid mulieri dixit serpens?
11. Quid existimavit mulier?
12. Quid igitur fecit?
13. Quid propterea Jova Deus dicit?
14. Quo se Adamus & Eva abdiderunt?
15. Quid eis in arbustis fuit negotii?
16. Cur sibi fecerunt subligacula?
17. Quo pacto excusarunt peccatum?
18. Quid excusationis habuit Adamus?
19. Quid ait tandem Eva?
20. Numnam Deo sic satisfactum est?
21. Acquievitne Deus in eo?
22. Quid Eva accepit?
23. Quid Deus Adamo dixit?
24. Quibus nam verbis allocutus est serpentem?
25. Quid per mulieris semen indicatur?
26. Quidnam Deus Adamo & Evæ pro viatico dedit?

Sententiæ utiles.

I. Inde, quam grave sit peccatum, non obedire Deo, discimus.

Deus enim primos parentes, quod morem ei non gesserant, ex Paradiso ejecit.

II. Porro, quis primus in mundum intulerit mendacium, intelligitur.

Nemo nisi diabolus, qui non dubitavit Evæ dicere, eam fore Dei similem.

III.

III. In hortum intranti, quid cogitandum sit, memoriaque repetendum, denique videmus.

Repetendum est omnino memoria, quam turpiter peccatum sit a primis parentibus in Paradiso pomario illo.

Piæ Meditationes.

Veste pudens tegitur post lapsum nudus Adamus,
Ante malum sancto nullus amictus erat.
O tumidi pannis, quæ vos dementia cepit!
Vestibus haud unquam splendidus esse volo.
Vitabo fastum, mihi eritque modestia curæ,
Cum tego me, studeo criminis esse memor.

HISTORIA V.

de

Caino fratrem Abelem occidente.

Gen. IV. Cap.

Gen. IV, 1. ADamus ex Eva procreavit 1.
duos filios; quorum natu 2.
major nomine appellatus est
- - 2. Cainus, fuitque agricola; mi- 3. 4.
nor vero nomen accepit Abel,
- - 3. fuitque opilio? Ambo hi fratres 5. 6.
- - 4. Jovæ libaverunt munus, Ca- 7.
inus de terræ frugibus, & Abel 8.
de pecorum suorum primige-
nis.

nis. Gratius vero Deo optimo Gen. IV, 5.
fuit Abelis, quam Caini munus. Ebr. XI, 4.
Abel enim probus, Cainus ve-
ro vir erat improbus. Quam Gen. IV, 8.
rem ita acerbe tulit Cainus, ut,
cum ambo essent ruri, Abelem
interficeret. Cæde facta Deus
sic Cainum allocutus est: Ubi - - 9.
est Abel frater tuus? Cui ille
iratus: Nescio, inquit: Nun-
quid ego mei fratris sum cu-
stos? Deus vero propterea non - - 10.
siluit, sed: Quid fecisti? inquit,
sanguis ipse tui fratris ad me ex
terra voce conqueritur. Cainus - - 11.
id factum cum negare non pos-
set, a Deo pœna ea est affectus,
ut esset extorris per orbem ter-
rarum vagans. Tantum au-
tem abfuit, Cainum ut peccati
pœniteret, ut is potius in despe-
rationem incidens diceret, ma- - - 13.
jorem suam esse culpam, quam
ut remitteretur. Idem Cainus - - 17.
postea condidit urbem, quam
nomine Hanoch appellavit.
Ejus posteri omnes fuere im- - VI, 2.
pii, quare in sacris litteris filii
ho-

hominum vocantur. Interea 22.
Adamus ex uxore suscepit fili-
Gen. IV, 25. um loco Abelis, quem nomine
Sethum nuncupavit, cujus po- 23.
- VI, 2. steri cum essent pii, nomine Dei 24.
filiorum in sacris litteris ornan-
tur. Inter Sethi posteros cele- 25.
berrimi sunt Henochus & Me-
- V, 24. thusala. Ille enim sese ex Dei 26.
voluntate gerens a Deo vivus
sublatus est in cœlum; hic vero 27.
omnium hominum diutissime,
- - 27. & quidem nongentos & sexa- 28.
ginta novem vixit annos.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quot filios ex Eva procreavit Adamus?
2. Quo nomine natu major appellatus est?
3. Quo vitæ genere usus est?
4. Quodnam nomen accepit filius natu minor?
5. Quis fuit Abel?
6. Quid ambo fratres Deo libaverunt?
7. Quid Cainus libavit?
8. Quid Abel?
9. Cujus nam munus Deo fuit gratissimum?
10. Cur Abelis munus gratius fuit?
11. Vimne Cainus fratri intulit?
12. Ubinam facta est cædes?
13. Quid Deus dixit?
14. Quid contra Cainus respondit?

15.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0032
DFG

15. Numnam Deus ſiluit?
16. Qua pœna Cainus eſt affectus?
17. Pœnituitne Cainum peccati?
18. Quid Cainus deſperans dixit?
19. Quid condidit Cainus?
20. Quinam, qualesve fuerunt Caini poſteri?
21. Quo nomine vocantur in ſacris litteris?
22. Quis in Abelis locum ſucceſſit?
23. Quo animo fuerunt Sethi poſteri?
24. Quo nomine ornantur in ſacris litteris?
25. Quinam inter pios ſunt celebres?
26. Cur Henochus memoria dignus?
27. Quamobrem Methuſalæ fit mentio?
28. Quot annos Methuſala vixit?

Sententiæ utiles.

Adamus vel inter duos, quos initio habuit, filios unum vidit eſſe impium.

Unde a mundi initio usque pios impiosque fuiſſe conſtat.

II. Cainus neque ſeductus a quoquam, neque allectus, fratrem interfecit ſuum.

Unde malum intus in hominis animo reſidere patet.

III. Deus optimus Abelem interfectum etiam negante Caino probe ſcivit.

Unde Deum omnium rerum conſcium falli non poſſe, intelligitur.

Piæ Meditationes.

Vita privaſſet fratrem ſimulatque Cainus,
Sanguinis effuſi clamor ad aſtra volat.

Si Dominus vindex peccantis crimina novit,
Nec Dominum poterit culpa latere mea.
Hinc fugiam crimen quodvis cane pejus & angue;
Ne maneat memet pœna parata Dei.

Historia VI.
de
Diluvio.
Gen. VI. VII. VIII. & IX. Cap.

Gen. VI, 3. SPiritui Dei homines semper 1.
repugnaverunt; quorum qui- 2.
- - 3. dem Deus centum viginti an-
nos expectavit pœnitentiam vi-
Matth. XXIV, tæque emendationem; sed no- 3.
38. luerunt ad meliorem frugem
redire, verum potius comede-
batur, potabatur, contrahebantur invicem matrimonia. Erat 4.
autem vir unicus ætatis suæ ju-
Gen. VI, 8. 9. stissimus ac integerrimus, no-
- - 14. mine Noa appellatus. Cui De- 5.
us, arcam trecentos cubitos 6.
- - 15. longam, quinquaginta latam &
triginta altam ut construeret,
- - 19. mandavit. Eodem intulit Noa 7.
primum paria ex omnibus animalibus, quæ in aqua vivere
- - 21. non possent. Deinde omnis ge- 8.
ne-

neris cibaria, quæ ad unius anni victum essent necessaria,
9. comportavit. Tandem Noa Gen. VII, 13.
ejusque uxor, & tres filii & tres
10. nurus, numero sex homines, in-
11. gressi sunt arcam. Omnes cum - - 16.
intrassent, conclusit eos in arca
12. Deus. Quo facto proruperunt - - 11.
13. omnes Oceani fontes, recluisque cœli meatibus quadraginta - - 12.
14. dies noctesque perpluit. Unde - - 20.
ita auctæ sunt undæ, ut altissimi montes XV. ad cubitorum altitudinem obruerentur.
15. Aquæ tantæ in terris centum - - 24.
quadraginta dies viguerunt, in
16. quibus omnia, quæcunque in - - 22.
terra vitalem spiritum naribus
17. ducebant, mortua sunt. Noa - - 18.
interim in arca per undas hinc
18. inde latus est. Denique arca Gen. VIII, 4.
super montes Ararat substitit.
19. Noa igitur, utrum aquis levata - - 6.
20. esset terra, sciendi cupidus, emisit diversis temporibus quatuor
21. aves, corvum & tres columbas. - - 7.
22. Corvus egressus revertit, donec ab aquis exsiccata esset ter-

Gen. VIII, 9. ra. Prima columba revertens 23.
- - 11. nihil secum attulit; secunda re- 24.
diit in arcam, evulsum olivæ fo-
- - 12. lium rostro ferens; tertia nun- 25.
quam rediit, quod jam exsicca-
- - 16. ta erat terra. Postremum Deus 26.
ipse veniens Noæ præcepit, ut 27.
exiret de arca una cum sua con-
juge, & filiis, eorumque uxori-
- - 20. bus. Noa, simulac rediisset in 28.
agrum, construxit aram, soli-
- - 21. dumque fecit sacrificium. Quo 29.
Deus ita est delectatus, ut Noæ
ejusque tribus filiis fausta nun-
Gen. IX, 13. tiaret. Quin arcum posuit in 30.
nubibus, qui significaret, Deum
pro sua clementia, ut terra rur-
sum sic inundaretur, nunquam
esse commissurum.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quonam modo homines ante universæ terræ inundationem vixerunt?
2. Quot annos expectavit Deus eorum emendationem?
3. Numnam ad meliorem frugem redierunt?
4. Utrum nulli pii fuerunt in terra reliqui?
5. Quid construendum Deus Noæ mandavit?
6. Quanta fuit arca?

7. Quid

7. Quid Noa in eam intulit?
8. Quid tot animalia comederunt?
9. Quis una cum Noa ingressus est arcam?
10. Quot fuerunt homines?
11. Quis eos concluſit in arca?
12. Unde tanta vis aquarum promanavit?
13. Quot dies perpluit?
14. Quousque montes aquis ſunt obruti?
15. Quamdiu aquæ viguerunt?
16. Quid generi humano accidit?
17. Quid fiebat interim Noæ in arca?
18. Quo loco arca ſubſtitit?
19. Cui ergo rei Noa cupidus fuit?
20. Quonam modo id poterat explorari?
21. Cujus generis aves emiſit?
22. Quid corvus fecit?
23. Quid columba prima?
24. Quid ſecunda?
25. Quid tertia?
26. Quis Noam ex arca dimiſit?
27. Quid Deus Noæ præcepit?
28. Quid primum Noa egit?
29. Placuitne Deo Domino ſacrificium?
30. Quodnam gratiæ ſignum Deus ei dedit?

Sententiæ utiles.

I. *Propter peccata interiit genus humanum cum animantibus. Quid inde diſcimus?*

Deum eſſe ſeverum vindicem, qui neminem impune peccare permittat.

II. *Deus centum viginti annos hominum perverſorum pœnitentiam ante diluvium expectavit. Quid ergo colligi poteſt?*

Deum esse ita lenem & mitem, ut diu vitæ emendationem expectet.

III. Diluvio cum omnes perirent, pius Noa una cum suis servatus est. Quid inde potest disci?

Deum esse æqvum judicem, qui probos cum impiis non perdat.

Piæ Meditationes.

Orbem terrarum Dominus disperdidit unda;
Noam cum paucis liberat arca nece.
Postremo mundus totus consumitur igne,
Quonam tum capiet sancta caterva fugam?
Isthæc cum tandem ruitura est machina mundi,
Christe, tuum patulum sit latus arca mihi!

Historia VII.

de

Turri Babylonica.

Gen. XI. Cap.

Gen. XI, 1. POst diluvium universus ter- 1.
rarum orbis eodem sermone
- - 3. atque oratione usus est. Homi- 2.
nesque cum admodum essent
aucti, susceperunt immensam
- - 4. ædificationem. Instituerunt 3.
enim urbem ædificare & tur-
rim, quæ fastigio cœlum attin-
- - 4. geret. Animi fastu ducti pro- 4.
pterea id aggressi sunt, ut sibi
fa-

famam apud posteros pararent.
5. Ad illam urbem & turrim vi- Gen. XI, 5.
6. sendam descendit Deus. Sed - - 6.
conatus mortalium erat ejus-
modi, ut DEo nullo placeret
7. modo. Qui cum ab ædificatio- - - 7.
ne non desisterent, Deus eorum
sermonem ita confudit, ut alii
aliorum orationem non intelli-
8. gerent. Quo facto cum opus - - 8.
perfici non posset, alter hinc, al-
ter illinc digressus est cum suis.
9. Memoriæ caussa urbs ista Ba- - - 9.
10. bylon nominata est, quæ vox
latine redditur confusio.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quot linguis homines post diluvium usi sunt?
2. Quid homines post diluvium susceperunt?
3. Quid ædificare instituerunt?
4. Quo genio ducti ædificarunt?
5. Numnam hoc Deo erat apertum?
6. Placuitne Deo ejusmodi ædificatio?
7. Quemadmodum Deus ædificationem impedivit?
8. Quid linguæ confusionem insecutum est?
9. Quo nomine urbs est nominata?
10. Qui hæc vox Babylon redditur latine?

Sententiæ utiles.

I. Dominus Deus, quid homines in terris moliantur, animadvertit.

Id quod exemplo construentium turrim Babylonicam comprobari potest: Tum enim Deus descendit ad visendam turrim.

II. Ut longe lateque peccatorum patet via, sic ei, qui sumtuosas construunt domus, sæpe Deum lædunt & offendunt.

Turris enim Babylonica Deo optimo nequaquam placuit.

III. Dominus Deus conatus hominum facillime potest infringere.

Babylone enim cum ædificantium linguam confunderet DEus, abstinendum fuit ab opere.

Piæ Meditationes.

Terricolis miseris non raro tecta parantur,
Haud secus ac turris, quæ Babylone fuit.
Cum tamen omnis homo tantum sit in orbe viator,
Per deserta means, qui petit alta poli.
Hic me non tangit vanarum cura domorum,
Si tantum cœli mansio grata datur.

Historia VIII.

de

Abrahamo & Sara.

Gen. XVIII. Cap.

Gen. XII, 3. CUm aliquando Deus Abrahamum allocutus est, ei promisit, fore, ut omnes in eo orbis nationes bearentur; quod perinde erat, ac si dixisset, esse fu- 1. 2.

futurum, ut omnium hominum ſervator ex ejus poſteris
3. naſceretur. Abrahamus qui- Gen. XVII, 15.
dem habebat Saram uxorem,
4. ſed ea erat ſterilis & nihil pepe- - XVI, 1.
5. rerat. Nec ſpes erat, fore, ut pa- - XVIII, 11.
reret, cum utrique ſenes eſſent,
6. atque ætate provectiore. Ni- - XV, 6.
hiloſecius tamen Abrahamus
Deum promiſſa ſervaturum
7. credidit; id quod Deus ei juſti-
8. tiæ duxit. Abrahamus aliquan- - XVIII, 1.
do ad tabernaculi januam ſe-
dens conſpexit homines tres ad
9. ſe accedere ſibi ignotos. Fuit au- - - 17.
tem Dei filius cum duobus an- Ebr. XIII, 2.
gelis, qui omnes hominum in-
10. duerant formas. Quibus Abrah. Gen. XVIII, 3.
ad ſe invitatis aquam ad la- - - 4.
vandos pedes arceſſendam cu-
11. ravit; deinde ſub arbore qua- - - 8.
12. dam, quo eos adduxerat, vitu-
lum, quem fecerat, placentas,
lac, & butyrum eis appoſuit.
13. Sara ejus uxor non quidem - - 9.
14. menſæ una accubuit, ex poſti-
co vero tabernaculi, quæcun-
que inter cœnam pronuntia-

bantur, poterat percipere au-
Gen. XVIII, ribus. Dominus Deus Abraha- 15.
10. mo inprimis ita dixit: Cum re-
viſam te anno vertente, habebit
Sara uxor tua filium. Id illa 16.
- - 12. cum inaudiret, riſit ſecum; De-
- - 13. us vero eam arguens: Eſtne res 17.
ulla, inquit, quam DEus non
- - 15. poſſit? Mulier bona quidem vo- 18.
luit carere culpa, negavitque ſe
riſiſſe; Deus autem Saram ac- 19.
cuſans riſiſſe eam confirmavit.
- XXI, 3. Poſtea vero promiſſa recte ap- 20.
paruerunt, isque, quem enixa 21.
eſt Sara filium, nomine appella-
- XVII, 17. tus eſt Iſaacus. Natus ille eſt, 22.
cum Abrahamus eſſet centum
& Sara nonaginta annorum.

Perſpicuæ Quæſtiones.

1. Quid Deus Abrahamo promiſit?
2. Quid verba iſta ſignificarunt?
3. Quamnam Abrahamus habuit uxorem?
4. Num erat eis ſoboles?
5. Eratne ulla ſpes prolis?
6. Dubitavitne Abrahamus id eſſe futurum?
7. Quid iſta ſua fiducia profecit?
8. Quos homines aliquando ad ſe accedentes conſpexit?
9. Quinam iſti fuerunt tres homines?

10.

10. Quomodo hospites eos accepit?
11. Ubinam cœnatum est?
12. Quid eis appositum est?
13. Sarane una mensæ accubuit?
14. Potuitne, quæ inter cœnam pronuntiarentur, audire?
15. Quid Deus Abrahamo inter cœnam dixit?
16. Quid Sara animo secum cogitavit?
17. Quid de risu Deus ait?
18. Quid Sara negavit?
19. Quid contra Deus confirmavit?
20. Numnam promissa apparuerunt?
21. Quo nomine infans appellatus est?
22. Quot annorum tum erant isti parentes?

Sententiæ utiles.

I. Ex hac historia, spiritus forma aspectabili posse, si velint, apparere, constat.

Spiritus enim cum Abrahamo locuti sunt, comederunt & biberunt.

II. Porro non ita multa fercula in conviviis apponenda esse, intelligitur.

Abrahamus enim non nisi vitulum, placentas, lac & butyrum apposuit Deo.

III. Tandem Deum posse, quæ vires hominum excedant, cognoscitur.

Sara enim enixa est filium, licet nonaginta haberet annos.

Piæ Meditationes.

Cum confirmaret Dominus, Saram parituram,
Ridens haud fieri posse putabat ea.

Po-

Postea sed Dominus verbis his arguit ipsam:
Nonne putas summum singula posse Deum?
Hoc dictum semper sincero pectore condam;
Inde mihi firmam conciliabo fidem.

HISTORIA IX.

de

Sodoma & Gomorra.

Gen. XIX. Cap.

Gen. XIX. 1. IN urbe Sodoma præter unicum hominem, nomine Lotum vocatum, pius fuit nemo. Ille sub vesperam ad portam Sodomæ sedens conspicatus est præter cetera duos Angelos per portam sibi obviam procedentes; quos rogavit, ut ad se in - - 2. eam noctem diverterent. Antequam vero ei cubitum discessissent, Sodomitani domum obsederunt, postulantes sibi dari - - 5. homines ibi pernoctantes, ut - - 6. eos turpiter cognoscerent. Lotus quidem ad eos extra fores - - 7. egressus ita eis dixit: Nolite, - - 8. quæso, fratres, scelus facere; eisque pollicitus est, se filias suas, ut parcerent peregrinis, produ-

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

ctu-

12. cturum. At illi in eo non ac- Gen, XIX, 9.
quieverunt, sed dixerunt, non
esse ferendum, ut qui peregri-
nans adesset, is aliis facienda
13. præscriberet. Cum accurrerent
comprehensum Lotum, hospi- - - 10.
tes Loto manibus suis intro ad
se recepto ostium observave-
14. runt. Scelesti quidem illi ef- - - 11.
fringere fores laborabant, sed
tanta eis injecta est cæcitas, ut
ostium invenire frustra cona-
15. rentur. Cum a foribus discessissent, - - 13.
Angeli Loto dixerunt,
se a Deo esse missos perditum
16. eum locum. Admonuerunt - - 12.
quoque Lotum, ut ipse cum suis
sine mora relinqueret urbem.
17. Lotus igitur generos suos, qui - - 14.
ejus filias duxerant, hortatur,
ut ex eo loco una emigrarent.
18. Sed illi eum jocari arbritati
19. sunt. Jam sub auroræ ortum - - 15.
20. urgebant Angeli Lotum, ut fe-
21. stinanter egrederetur; cun- - - 16.
ctantem isti manu prehendunt,
nec non ejus conjugem atque
filias extra urbem educunt, at-
que

Gen. XIX, 17. que sistunt. Quibus eductis 22.
Angeli, ut iter festinarent, nec
post tergum respicerent, donec
evasissent in montem, præce-
- - 18. perunt. Lotus vero timens, ne 23.
in monte exitio correptus exa-
- - 20. nimaretur, confugit ad propin-
qvum oppidulum dictum Zo-
- - 21. ar. Quod quidem Deus etiam 24.
evertere constituerat, sed in-
dulgens Loto istud non eruit.
- - 22. Angelus rursus eum his verbis 25.
monuit: Matura eo te recipere:
Neque enim mihi fas est, quic-
quam facere, donec eo perve-
- - 23. neris. In quod postquam Lo- 26.
tus sole oriente ingressus est, de-
- - 24. pluit de cœlo ignem & sulphur 27.
in Sodomam & Gomorram, to-
- - 26. taque regio deleta est. Uxor au- 28.
tem Loti negligens Angeli in-
terdictum respexit, & in statu-
am salis versa est.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quotnam pii Sodomæ fuerunt?
2. Quo nomine pius ille homo vocatus est?
3. Ubi sub vesperam fuit Lotus?

4. Quis

4. Quis per portam ei obviam processit?
5. Quid Lotus ab Angelis rogavit?
6. Quid noctu accidit?
7. Quid sibi scelesti isti volebant?
8. Quid Angelis facere voluerunt?
9. Quid Lotus in periculo constitutus consilii cepit?
10. Quid Lotus sceleribus illis dixit?
11. Quid Lotus pollicitus est eis?
12. Quid responderunt?
13. Quid Angeli fecerunt?
14. Effregeruntne Sodomitani fores?
15. Quid Angeli postea Loto aperuerunt?
16. Quid consilii ei dederunt?
17. Quem propterea hortatus est Lotus?
18. Quid generi arbitrati sunt?
19. Quid Angeli sub auroræ ortum faciebant?
20. Num Lotus statim obsequitur?
21. Quo eum modo Angeli educunt?
22. Quid extra urbem Angeli eis præceperunt?
23. At quid Lotus timuit?
24. Quid Zoar oppido accidit?
25. Quid postremo Angelus monuit?
26. Quando Lotus venit in oppidum Zoar?
27. Quid postea accidit Sodomitanis?
28. Qua pœna multata est Loti uxor?

Sententiæ utiles.

I. Domos proborum a sanctis Angelis custodiri, hic videmus.

Sodomæ enim scelestis tanta cæcitas injecta est, ut ne januam invenirent.

II.

II. Deum bonos cum malis perdere non consueviſſe, hic cognoſcimus.

Deus enim, cum Sodomam evertere conſtituiſſet, educendum ſanctum Lotum curavit.

III. Quod Deus præcipit, aut prohibet, accurate tenendum eſt.

Loti enim uxor reſpicere prohibebatur, quæ, cum minus obſequeretur, in ſtatuam ſalis verſa eſt.

Piæ Meditationes.

Non Deus evertit pariter pravosque bonosque:
Lotus ſervatur diſpereunte malo.
Quid? quod cum Dominus ſtatuit multare malignos,
Monſtrat ubi ſanctis ſint loca tuta ſuis.
Integer eſſe volo, ceu Lotus largus ubique,
Quo cadit effrenus tempore, ſalvus ero.

Historia X.

de

Iſaaco immolando.

Gen. XXII. Cap.

Gen. XVIII, 18. ABrahamus ex Sara unicum filium Iſaacum ſuſcepit, eique promiſit DEus, fore, ut in ejus ſtirpe omnes orbis terrarum bearentur gentes. Sed vir optimus inopinato a Deo jubetur 1. 2. 3.

- XXII, 2.

tur

tur, filium isthunc tantæ spei
4. mactare atque immolare. Hoc Gen. XXII, 1.
autem modo Deus tentare vo-
luit Abrahamum, atque videre,
5. utrum sibi sit obsecuturus. A- - - 3.
brahamus jussa facit, & profici-
scitur cum filio in montem Mo-
6. riam. Pater sumpto igne & cul- - - 6.
7. tro, & filius, lignis sacrificalibus
humeris impositis, in eum lo-
8. cum ire contendunt. In via fili- - - 7.
us ex patre quæsivit, ubinam
agnus immolandus esset? Cui - - 8.
9. vero pater: DEus providebit
ipse sibi agnum ad immolan-
10. dum, fili, inquit. Ubi in locum - - 9.
perventum est, Abrahamus a-
ram exstruxit, eique ligna im-
11. posuit. Deinde filium suum
constrictum lignis in ara super-
12. ponit. Postea cultro cum ma- - - 10.
num admoveret ad filium su-
um immolandum, Domini An-
13. gelus de cœlo revocans: Abra- - - 11.
14. hame, Abrahame, inquit. Cui - - 12.
ille: Quid est? noli, inquit An-
gelus, puero manum afferre;
nam satis jam mihi explorata

Gen. XXII, 13. tua religio est. Tum Abraha- 15.
mus erectis oculis pone conspe-
xit arietem cornibus in dumo
hærentem: Ad quem accesit 16.
Abrahamus, & comprehensum
- - 16. pro filio suo immolavit. Obse- 17.
quium hocce Deo perplacuit, & 18.
Abrahamo denuo promissum
est, fore, ut in ejus stirpe omnes
gentes redderentur beatæ.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quot Abrahamus habuit filios ex Sara?
2. Quid Abrahamo de filio Deus promisit?
3. Quid vero jubetur a Deo?
4. Quamobrem id jussit Deus?
5. Quid Abrahamus facit?
6. Quid sumpsit pater?
7. Quid sibi imponi passus est filius?
8. Quid Isaacus in via ex patre quæsivit?
9. Quid ipsi est responsum?
10. Quomodo Abrahamus apparat victimam?
11. Quid filio facit?
12. Quid interea accidit?
13. Quid Abrahamus Angelo respondit?
14. Quid Angelus porro dixit?
15. Quid Abrahamus in dumo conspexit?
16. Quid fecit arieti?
17. Placuitne Deo illud obsequium?
18. Quid Abrahamo est promissum?

Sen-

Sententiæ utiles.

I. *Deus tentavit Abrahamum, utrum ille sit obsecuturus.*
Unde a Deo fideles interdum tentari patet.
II. *Deus, quo minus Abrahamus filium macta̲ret, prohibuit.*
Unde videmus, Deum suos ex tentationis periculo rursum eripere.
III. *Dominus Deus Abrahamo promissum denuo confirmavit.*
Unde omnes tentationes fidelibus esse emolumento, intelligimus.

Piæ Meditationes.

Isaci gentem promittit reddere faustam,
Ast illum cædi mox jubet ipse Deus.
Abramo poterat nec quicquam durius esse,
Tentamen vero fortiter ille tulit.
Sancte Deus, quidsi quoque me tentatio vexet?
Nescio, num mea sit tanta futura fides.

HISTORIA XI.
de
Isaaci Sponsaliis.
Gen. XXIV. Cap.

1. ABrahamus, cum jam consenuissetGen. XXIV, 1.
& ætate processisset,
filius ejus, ut duceret uxorem,
2. optavit. Prohibuit autem quantum potuit, quo minus uxorem - - 3. - - 4.

ex Chananæis duceret, sed voluit nurum habere ex sua gen-
Gen. XXIV, 2. te. Servum igitur, quem domi 3.
seniorem habebat, & omnibus
suis præfecerat, nomine Elea-
zarum, misit in patriam suam.
- - 10. Abrahami vero consanguinei 4.
tum habitabant in oppido Na-
- - 11. horis. Extra urbem erat puteus, 5.
ubi adaquabantur pecudes, op- 6.
pidanorum puellæ eo sub ve-
speram venire consueverant a-
- - 12. quam haustum. Eleazarus ad 7.
fontem istum stans a Deo petiit,
ut sibi, quæ sit futura Isaaci
- - 16. sponsa, ibidem indicaret. In- 8.
terea virgo facie elegantissima
Rebecca nomine ex urbe venit,
- - 15. cujus pater fuit Bathuel, Abra- 9.
- - 17. hami consanguineus. Quæ 10.
cum repleviſſet urnam aqua,
Eleazarus: Heus, inquit ei, da
mihi bibere paulum aquæ ex
- - 18. tua urna. Quòd Rebecca con- 11.
- - 14. tinuo fecit, camelosque ejus ad- 12.
aquandos suscepit. Quia sic hoc
acciderat, ut precatus erat a Deo
- - 21. servus, inde conjecit, fore, ut
Deus

13. Deus sibi iter fortunet. Dein- Gen. XXIV, 22.
de puellæ prolatam inaurem,
& duas armillas aureas donat;
14. quæritque ex ea, an sit domi - - 23.
patris ejus locus sibi ad perno-
15. ctandum? Puella confestim do- - - 28.
mum parentibus munus a pe-
regrino homine acceptum
16. monstratum cucurrit. Inte- - - 27.
rim servus Domino Deo grati-
as egit, quod iter ad domum
cognatorum Abrahami direxis-
17. set. Paulo post Rebeccæ frater - - 29.
ex urbe ad hominem foras ad
18. fontem cursu contendit, eum-
que a Deo salvere jussum hor- - - 31.
19. tatur, ne foris maneat. Simulac - - 33.
servus domum esset ingressus,
20. quid sibi velit, exponit. Hæc - - 50.
plane a Deo orta res est, paren-
tes inquiunt, respondentes, ne-
que nos tibi omnino repugna-
21. re possumus. Tum pater ex - - 58.
puella quæsivit, velitne cum
homine discedere? illa vero vel-
22. le, dicit: Iter igitur suscipitur, - - 59.
23. puellæque frater & sorores di-
miserunt Rebeccam, eique fau-

Gen. XXIV, 60. sta precati sunt his verbis: Proles tua, nostra soror, multa millia ut sint, optamus.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid Abrahamus, cum consenuisset, optavit?
2. Unde nurum voluit?
3. Quem misit contractum matrimonium?
4. Ubinam habitabant Abrahami consanguinei?
5. Quid fuit extra urbem?
6. Quis venire ad fontem consveverat sub vesperam?
7. Quid Abrahami servus a Deo petiit?
8. Quænam deinde puella ad fontem venit?
9. Quo nomine appellatus est ejus pater?
10. Quid servus puellam rogavit?
11. Numnam, quod servus petierat, fecit?
12. Quid servus inde conjecit?
13. Quid servus puellæ donat?
14. Quid ex ea quærit servus?
15. Quid deinde Rebecca egit?
16. Quid servus interim fecit?
17. Quis ex urbe contendit ad hominem?
18. Quemadmodum Labanus Abrahami servum accepit? Resp. comiter.
19. Quid servus exponit puellæ parentibus?
20. Quid ipsi est responsum?
21. Quid pater ex puella quæsivit?
22. Quid puella respondet?
23. Quid cum discederet, accidit?

Sen-

Sententiæ utiles.

I. Parentum est, labori assuefacere liberos.

Hic enim Rebeccam, licet præclari viri in civitate esset filia, pecudes curare, videmus.

II. Insciis parentibus inire matrimonia liberis non est licitum.

Abrahamus filio prospicit, & filiæ suæ Bathuel.

III. Ut vero parentes liberos matrimonium inire cogant, æquum haud est.

Rebecca inprimis interrogata est, utrum vellet una cum Eleazaro proficisci?

Piæ Meditationes.

Arduum opus faciens Eliesér servus Abrami,
Incipit a precibus, sperat & optat opem.
Cumque videt Dominum cœptis clementer adesse,
Et soli laudes dat tribuitque Deo.
Ordiar a precibus, mihi sit quodcunque parandum,
Atque mihi Domini gloria finis erit.

Historia XII.

de

Isaaco natis suis bene ominante.

Gen. XXVII. Cap.

1. ISaacus ex Rebecca genuit duos filios, eosque gemellos; Gen. XXV, 24.
2. quorum unus, quem mater primum - - 25.

mum erat enixa, Esaus vocatus 3.
Gen. XXV, 26. est nomine, rufus totus. Alter 4.
glaber nominatus est Jacobus.
- - 27. Esaus jam adultus fuit venandi 5.
peritus & agrestis; Jacobus au- 6.
tem vir integer, tabernaculo-
- - 28. rum habitator. Illum Isaacus, 7.
hunc Rebecca adamabat, ut Isaa- 8.
- XXVII, 2. cus consenuerat, ejus oculi e- 9.
rant caligantes, ut nihil videret.
Constituit ergo secum bene o- 10.
minari filiis, at optime omina-
- - 4. ri non probo Jacobo, sed impio 11.
Esao in animum induxerat. Hac 12.
mente sic alloquitur Esaum: Pe-
te rus ad venandum mihi feri-
nam, ex qua pulpamentum ex
eo genere, quo delector, confi-
cies, mihique comedendum af-
feres, ut tibi bene precer, ante-
- - 5. quam morior. Hæc verba au- 13.
diens Rebecca statim secum co-
gitavit, quemadmodum effice- 14.
ret, ut pater filio minori natu
- - 9. bene precaretur. Quare jussit 15.
Jacobum duos hædos de grege
afferre, ex quibus ipsa pararet
- - 10. edulium ad patris palatum, quod
ille

ille simulans Esaum patri ap-
16. portaret. Jacobus quidem: Ve- Gen. XXVII,
rum Esaus frater hirsutus est, 11.
inquit matri, ego de pilis vere- - - 12.
or, ne mihi patris imprecatio-
nem conciliavero, non faustam
17. precationem. Sed mater, in- - - 13.
quit, imprecationem ego præ-
stabo, nate, tu modo mihi mo-
18. rem gere. Parato edulio vesti- - - 15.
mentis Esai Jacobum vestivit, - - 16.
19. manus autem & cervicis lævo-
rem hædorum pellibus muni-
20. vit. Igitur illi appropinquanti - - 18.
21. dixit pater senex: Quis tu es, fi-
li? Ego sum Esaus, inquit Jaco- - - 19.
bus, primogenitus tuus. Age,
22. sede & vescere ferina mea. Isaa- - - 20.
cus porro quærit, quonam pa-
23. cto tam cito nactus esset; cui
ille, Dominum Deum ejus sibi
24. objecisse, respondet. Isaacus - - 21.
dolum subesse animadvertens,
primum postulavit sibi manus,
quas posset contrectare, porri-
25. gi; quæ cum æque essent hi-
spidæ ac Esai manus, dixit pa-
ter, vocem quidem Jacobi esse, - - 22.

sed manus Esai. Postea rursum
Gen. XXVII, quæsivit ita: Tu ergo es ipse na-
24. tus meus Esaus? cui ille: Plane,
- - 25. inquit. Tum pater comedit, mi-
nistratumque sibi a filio vinum
- - 26. bibit. Cibo sumpto ita alloqui-
- - 27. tur Jacobum: Accede & me
osculare, fili; quo facto pater ol-
faciens vestimentorum illius o-
dorem, certo hunc suum esse fi-
- - 28. lium Esaum, sibi persuasit: Qua-
re ei bene precatus est, præter
- - 29. cetera his utens verbis: Domi-
nus esto fratrum tuorum, teque
colant ex eadem tecum matre
nati. Qui tibi male optabit, ei
male esto, qui tibi bene optabit,
- - 30. ei bene esto. Simulac Jacobus
e conspectu patris abiit, Esaus
a venatione rediens paratum
pulpamentum patri ipse quo-
- - 32. que obtulit. Tum pater: Quis
tu es? & ille: Esaus, inquit, na-
- - 33. torum tuorum grandior. Hic
pater majorem in modum ob-
stupefactus ita dixit: Frater me
tuus callide aggressus tuam fe-
licitatem præcipuit, qui & for-

tu-

36. tunatus erit. Qua patris oratione audita Esaus admodum contristatus, lacrymis obortis, inprimis his verbis alloquitur patrem: Unamne felicitatem habebas? bene precare etiam mihi, pater! Esao quidem pater etiam bene precatus est, sed quæ Jacobo voto fuerant decreta, revocari jam non poterant. Quo quidem consilio Esao nulla facta est injuria: Vendiderat enim ætatis prærogativam, acceperatque pro ea leve confectum ex lentibus edulium. Quin & Deus matri multo ante prædixerat, fore, ut minori serviret major. Esaus nihilominus in fratrem concepit odium, inque hæc verba ipse secum evasit: Patri quidem meo lugendi tempus appropinquat: Nam Jacobum fratrem meum interficiam.

Gen. XXVII, 34. - - 38. - - 39. - XXV, 31. - - 23. - XXVII, 41.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quot Isaacus habuit filios?
2. Quo nomine major natu nominatus est?
3. Quo nomine minor appellatus est?

4. Qui

4. Qui cute potuerunt distingui?
5. Cujusnam rei peritus fuit Esaus?
6. Qua ratione Jacobus degit vitam?
7. Quem pater adamabat?
8. Quis acceptus fuit matri?
9. Quid Isaaco ætate jam decrepita accidit?
10. Quid secum ante constituit, quam e vita discederet?
11. Cui potissimum bene ominari voluit?
12. Quid imperavit filio Esao?
13. Quis hoc inaudivit?
14. Quid Rebecca secum cogitavit?
15. Quid consilii dedit filio Jacobo?
16. Quid vereri se ait Jacobus?
17. Quid ei mater confirmavit?
18. Quid matri cum Esai vestimentis fuit?
19. Quonam modo Jacobum reddit hirsutum?
20. Quid Isaacus Jacobo appropinquanti dixit?
21. Quid Jacobus respondit?
22. Quid porro Isaacus quærit?
23. Quid fingit Jacobus?
24. Qua ratione Isaacus rem explorat?
25. Quid pater dixit de manibus hispidis?
26. Quid Isaacus postremum quæsivit?
27. Quid Jacobus respondit?
28. Quid postea pater annosus fecit?
29. Quid Isaacus sumpto cibo dicit?
30. Quid cum Jacobus oscularetur patrem, accidit?
31. Quibus verbis ei pater bene precatus est?
32. Quando Esaus a venatione rediit?
33. Quid Isaacus rogavit?
34. Quid Esaus respondit?

35. Quid

35. Quid pater dixit?
36. Quo tum animo fuit Esaus?
37. Paterne ei quoque bene precatus est?
38. Factane est sic Esao injuria?
39. Quid de eo prædictum erat?
40. Quo animo Esaus in Jacobum fuit?
41. Quid Esaus minatus est?

Sententiæ utiles.

I. Vota parentum sæpe magnam vim habent.

Isaacus Esao ita dixit: Jacobo bene ominatus sum, & fortunatus erit.

II. Pietati proposita sunt præmia.

Jacobus fuit homo integer, quare & contigit, ut pater ei vel invitus optime ominaretur.

III. Quod Deus decrevit, non potest non fieri.

Deus prædixerat fore, ut minori serviret major, quo etiam modo id evenit.

Piæ Meditationes.

Quod Deus impertit, poterit tibi nemo negare,
Ut cupiant multi mille nocere modis.
Non est mirandum, Jacobi crescere gentem,
Illum nam voluit sorte beare Deus.
Quod Deus arbitrio mihi summus destinat omne,
Accipiam certe vel prohibente dolo.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0061
DFG

Historia XIII.

de

Scala in somniis Jacobo visa.

Gen. XXVII. & XXVIII. Cap.

Gen. XXVII, 41. Jacobus domi patris sui in vi- 1.
tæ periculo versatus est; fra- 2.
- - 42. ter enim ejus Esaus interficere
eum in animum induxerat.
- - 43. Quod ut mater resciit, Jacobus 3.
- XXVIII, 2. ad illius fratrem Labanem ut
confugeret, unamque ex ejus
filiabus in matrimonium duce-
ret, suasit. Id consilium patri 4.
- - 3. cum minus displiceret, filio de-
- - 11. nuo bene precatus est. In itine- 5.
re accidit, ut sol ante occideret,
quam Jacobus in diversorium
posset pervenire; quare sub dio 6.
cum ipsi esset pernoctandum,
saxis, quæ in eo loco erant, pro 7.
- XXVIII, 12. pulvino usus est. Eadem nocte 8.
Jacobo in somniis visa est scala,
quæ terræ innixa capite cœ-
lum pertingeret; per quam 9.
divini Angeli ascendentes
& descendentes conspicie-
- - 13. bantur; atque illi imminens 10.
Deus

Deus sic loquebatur: Cui tu incubas terræ, eam tibi, tuæque stirpi dabo, inque tua progenie omnes orbis terrarum gentes
11. fortunabuntur. Tum Jacobus Gen. XXVIII, a somno expergefactus: Quam 17. terribilis est hic locus? inquit territus, nihil aliud est quam
12. Dei domus, & porta cœli. Ma- - - 18. ne ubi Jacobus surrexit, quod saxum capiti suo suppositerat,
13. id in cippum erexit; locum ve- - - 19. ro Bethel nomine vocavit, si- - - 20.
14. mulque votum nuncupavit, si - - 21. Deus ipsum salvum ad patrem reduceret, eo se loco Deo do- - - 22. mum ædificaturum, omniumque facultatum ei decumas daturum.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quæ fortuna fuit Jacobo domi patris?
2. Quemnam timuit?
3. Quid consilii ei mater dedit?
4. Placuitne patri consilium?
5. Quid in itinere Jacobo accidit?
6. Ubinam pernoctavit?
7. Quonam usus est pulvino?
8. Quid visum est Jacobo in somniis?
9. Quis apparuit in scala?

10.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0063
DFG

10. Quid Deus Jacobo dixit?
11. Quid Jacobus expergefactus ait?
12. Ut usus est saxo?
13. Quo nomine locum vocavit?
14. Quodnam simul votum nuncupavit?

Sententiæ utiles.

I. Quid natis emigrantibus impertiendum sit, inde apparet.

Bene ipsis precandum est, quemadmodum hic Isaacum filio Jacobo bene precatum esse videmus.

II. Porro hostis conspectum esse fugiendum, docemur.

Jacobus abesse a domo patris, quam cum fratre contendere maluit.

III. Denique Deum sæpe suis se cognoscendum præbere in solitudine, hic discimus.

Jacobus enim in aprico campo solus relictus conspexit, quod vix in amplissimo diversorio expectare potuisset.

Piæ Meditationes.

Visio, Jacobo quæ ruri contigit olim,
Non & sic oculis sistitur illa meis.
Attamen in verbis Domini mihi scala notatur,
Qua cœlum gradibus præstat adire tribus:
Suntque favor Patris, tua vulnera, Christe, cruenta,
Ac in corde fides, Spiritus alme, tua.

Historia XIV.
de
Duplici Jacobi conjugio.
Gen. XXIX. Cap.

1. 2. AD Labanem avunculum su- Gen. XXVIII,
3. um Harane habitantem Ja- 2.
cobus concesit. Idem Laban
4. habebat duas filias, quarum na- - XXIX, 16.
5. tu major Lea nominabatur, e-
6. ratque oculis infirmis; minor
7. nomine Rachel vocabatur, e-
ratque specie & facie formosa
8. atque honesta. Jacobus cum - - 2.
jam ab Harane non procul ab-
9. esset, vidit quendam puteum,
10. ex quo ejus regionis pastores
11. greges adaquare solebant. Ja- - - 5.
cobus ibi scisitatus est ex pa-
storibus, utrum nossent homi-
nem Harane nomine Laba-
21. nem? illi se nosse responderunt. - - 5.
13. Hic cum quærere pergeret, va- - - 6.
leretne Laban? accesit eodem
tempore cum paterno pecore - - 9.
14. Rachel Labanis filia. In cujus - - 10.
familiaritatem venire studens
Jacobus avoluto ab ore putei sa- - - 11.

xo, pecus adaquat, puellamque
Gen. XXIX, osculatur. Rachel actutum pa- 15.
12. tri, sororis ejus filium Jacobum
extra urbem ad puteum venis-
- - 13. se, renuntiatum cucurrit. La- 16.
ban audito Jacobi nomine, ei
obviam cucurrit, eumque com-
plexus & osculatus domum su- 17.
- - 14. am deduxit. Ubi Jacobo nihil 18.
æque carum fuit & perjucun-
dum ac formosa Rachel. Cujus
- - 15. pater Laban cum hortaretur, ut, 19.
quam Jacobus sibi velit ab eo
mercedem dari, statueret; ille 20.
- - 18. septem annorum servitium pro
filia natu minore Rachele cum
- - 19. Labane paciscitur. Laban non 21.
diu cunctans præfatus est, præ-
stare se eam illi, quam alteri da-
- - 20. re. Igitur servivit Jacobus pro 22.
Rachele septem annos: Quod 23.
spatium ei perinde visum est,
ac si pauci dies fuissent; tanto-
- - 23. pere eam amabat. Nuptiarum 24.
vero die socer dolo eum dece-
pit, eique in congressum Leam
- - 25. suppositit. Jacobus bonus ma- 25.
ne demum ubi Leam esse de-

pre-

prehendit, cum Labane qui-
26. dem expostulat, sese ei pro Ra-
chele serviviſſe ostendens, ab eo
27. decipi non debuiſſe: Cui vero Gen. XXIX,
acquiescendum fuit, cum Laban 26.
responderet, non esse moris
apud eos, ut juniores ante col-
28. locarent, quam grandiores. Ei - - 27.
autem, ut proximis quoque sep-
tem annis sibi serviret, suasit,
pollicens, se etiam illam ei pro
alterius septennii servitute tra-
29. diturum. Id quod fecit Jaco- - - 28.
30. bus, atque ergo duas sorores in
31. matrimonium accepit. In amo- - - 30.
re quidem Jacobus formosam
Rachelem prætulit Leæ defor-
32. mi. Deus vero videns Leam - - 31.
invisam, ei uterum aperuit,
33. cum Rachel esset sterilis. Quod - XXX, 1.
ambæ sorores sibi invicem in-
videbant, earum contentiones
Jacobo sæpe non leve tædium
attulerunt.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Ad quem concesſit Jacobus?
2. Quis ille fuit?
3. Ubi Laban habitavit?

4. Quot Laban habebat filias?
5. Quænam erat natu major?
6. Quo laborabat vitio?
7. Quo nomine minor vocabatur?
8. Quanam illa erat facie?
9. Quid Jacobus in itinere offendit?
10. Quis putei usus fuit?
11. Quid Jacobus ex pastoribus scisitatus est?
12. Quid illi responderunt?
13. Quis fortuito ad puteum accesit?
14. Quemadmodum se præbet ei Jacobus?
15. Quid Rachel occepit?
16. Quidnam Laban fecit?
17. Quo se recepit Jacobus?
18. Quid carissimum domi Labanis Jacobo fuit?
19. Quid Laban ex Jacobo audire voluit?
20. Quid Jacobus cum Labane pacisitur?
21. Quid præfatus est Laban?
22. Quot igitur annos pro formosa Rachele servivit Jacobus?
23. Nonne eum moræ tædium cepit?
24. Quonam modo nuptiarum die deceptus est?
25. Fraudemne deprehendit Jacobus?
26. Quid Jacobus cum Labane expostulat?
27. Qua ratione factum excusat?
28. Quid novi Laban ei suasit?
29. Acquievitne in eo Jacobus?
30. Quot ergo Jacobus duxit uxores?
31. Quam prætulit in amore?
32. Quid Deus fecit?
33. Quo animo inter se fuerunt sorores?

Sen-

Sententiæ utiles.

I. Non est, quod ei, quibus venustas & pulchritudo corporis a natura tributa est, superbiant, cum forte alia virtute careant.

Quod intuenti Rachelem apparet, quæ quidem fuit formoso corpore, sed inquieto animo.

II. Eos, qui non sint pulchra forma, aspernari, nefas est. cum forte alia bona eis a Deo sint concessa.

Quod Lea suo exemplo comprobat, quæ quidem fuit deformi facie, sed in pariendo felix.

III. Liberorum hæreditas a Deo est, fœtus ventris præmio datur ab eodem. Ps. CXXVII, 3.

Ambæ sorores id confirmant suo exemplo: Deus enim Leam fœcundam, Rachelem vero paulisper sterilem reddidit.

Piæ Meditationes.

Jacobus pulchram consuevit amare puellam,
Atque ejus Numen vota valere jubet.
Conjugio verum fuit & conjuncta querela?
Crux afflixit eum nocte dieque virum.
Quod virtus potior sit quam pulcherrima forma,
Id quemvis possunt scripta docere sacra.

Historia XV.

de

Jacobo colluctante cum Deo.

Gen. XXXII. & XXXIII. Cap.

1. JAcobus domum patris rever- Gen, XXXII,
2. tens duxit secum mulieres, 1.

liberos & quæcunque a Deo ac-
Gen. XXXV, cepisset. Habuit autem Jacobus 3.
23. duodecim natos; quorum sex 4.
susceperat ex Lea, Rubenem,
Simeonem, Levim, Judam, Isa-
- - 24. scharem & Sebulonem. Mino- 5.
res duos natu pepererat Ra-
chel, qui nomine vocabantur
Josephus & Benjamin, postre-
- - 25. mo natus. Reliquos quatuor 6.
Danem, Nephthalim, Gadum
& Aserem ex duabus ancillis
- XXXII, 2. Jacobus procreavit. In itinere 7.
primum divini Angeli occur-
rerunt; quibus visis ita dixit: 8.
- - 6. Divinum agmen est. Deinde 9.
relatum est, fratrem ejus Esaum
ei obviam cum quadringentis
- - 9. hominibus venire. Quare non 10.
mediocri metu perturbatus Ja-
- - 10. cobus cœpit orare; ubi in pri- 11.
mis ita locutus est: O Deus, e- 12.
quidem impar sum tantis bene-
ficiis, & officiis, quibus tu me
- - 13. tuum affecisti. Postea Jacobus 13.
fratri capras, oves, camelos, asi-
- - 16. nos muneri misit; hæc in laci-
nias partitus suis servis tradit,
eos-

14. eosque præire jubet. Reliqvum agmen ſuum in minores greges dividit; exiſtimabat enim ſi accideret, ut unus amitteretur, alterum tamen poſſe effugere. Gen. XXXII, 18.
15. Poſtera nocte, cum Jacobus ſolus reſtaret, colluctatus eſt cum - - 24.
eo vir quidam, tantaque vi per- - - 25.
ſtrinxit Jacobi cavum femoris,
16. ut, quoad vixit, claudicaret. luctatio iſta duravit ad ortum auroræ; qua viſa vir ille ſtatuit di- - - 24.
17. ſcedere. At Jacobus eum com- - - 26.
plectens: Non omittam te, inquit, quin tu me fortunaveris.
18. Tum ille: In Deum & homines - - 28.
te principaliter gesſiſti & vici-
19. ſti. Hic vir quidem nomen ſu- - - 29.
um haud indicavit, Jacobus au- - - 30.
tem animadvertens, eum eſſe Dei filium, magna voce dixit:
20. Se præſentem vidiſſe DEum præſentem, & tamen incolu-
21. mem evaſiſſe. Eo quoque tempore DEus Jacobo nuntiavit, - - 28.
eum non amplius vocatum iri
22. Jacobum ſed Iſraëlem. Jacobus - XXXIII, 1.
tandem circumſpiciens vidit E-

Gen. XXXIII, saum venientem. Quo appro- 23.
3. pinquante Jacobus septies se ad
terram submisit, ejusque uxo-
res & liberi eundem illi ha-
- - 4. buerunt honorem. Tum E- 24.
saus ei obviam accurrit, & in
ejus collum insiliit, eumque
complexus flens flentem de-
- - 9. osculatus est. Munera Esaus 25.
quidem initio accipere noluit,
- - 11. precibus tamen postea se com-
- - 16. moveri passus est. Tandem E- 26.
saus ea, qua venerat via, rever-
tit, & Jacobus quoque, quo vo-
luit, iter fecit.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quo Jacobus revertit?
2. Quid secum duxit?
3. Quot Jacobus habuit natos?
4. Quot susceperat ex Lea?
5. Quosnam pepererat Rachel?
6. Quos Jacobus procreavit ex ancillis?
7. Quis ei in itinere occurrit?
8. Quid ergo dixit Jacobus?
9. Quid Jacobo relatum est?
10. Quonam animo Jacobus est affectus?
11. Quid cepit consilii?
12. Quibus in primis verbis Deum laudavit?
13. Quid fratri misit muneri?

14.

14. Quo consilio distribuit agmen?
15. Quid postera nocte accidit?
16. Quousque luctatio duravit?
17. Quid Jacobus viro dixit?
18. Quid vir ille respondit?
19. Nonne, quis ille sit, Jacobus animadvertit?
20. Quid Jacobus propterea clamans dixit?
21. Quod novum nomen datum est Jacobo?
22. Quid Jacobus eminus vidit?
23. Quemnam Jacobus fratri suo habuit honorem?
24. Quem Esaus ei honorem reddidit?
25. Quid vero de muneribus factum est?
26. Quis tandem mutuæ salutationis fuit exitus?

Sententiæ utiles.

I. In angustiis Deus invocandus est.

Jacobus Dei imploravit auxilium, fratrem suum cum timeret.

II. Hostem nobis nullo modo melius, quam cum malum beneficiis rependimus, placare possumus.

Jacobus eo consilio fratri sibi obviam venienti misit munera.

III. Fortius fidentia terrarum orbis habet nihil.

Ea enim præditus Jacobus cum Deo colluctans vivit.

Piæ Meditationes.

Cum forti Jacob sicca luctatur arena.
Ecquis homo fortis? filius ipse Dei.
O res mira! Deus ceu victus cesit inermi
Jacobo, & quavis parte beavit eum.
Te, Deus, amplectar sensis animoque fideli,
Nec mittam, facias dum mihi, Christe, bene.

Historia XVI.

de

Josepho a fratribus vendito.

Gen. XXXVII. Cap.

Gen. XXXV, 22. - XXXVII, 3. DUodecim Jacobus habuit filios, quorum amantissimus fuit Josephus, cum eum ætate jam provecta ex formosa Rachele procreasset; quare & ei vestem versicolorem faciendam curavit. Tantum vero in eum odium conceperunt fratres, ut eum amice appellare non possent; præcipue eam ob caussam, quod Josephus eorum fœdam turpitudinem ad patrem deferre consueverat. auctum quoque odium est, cum duo somnia fratribus suis minus grata narraret; quòrum unum Josephus fratribus suis his verbis expositit: Videbamur mihi in medio agro manipulos facere, & ecce meus manipulus surgebat, & rectus adstabat, eumque vestri circumdantes venerabantur. Et fratres:

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

tres: Tune ergo regnum in nos,
inquiunt, & principatum ob-
tenturus es? eoque majore in
10. eum odio exarſerunt. Alio
tempore Joſephus ſomniavit, Gen. XXXVII,
ſibique viſus eſt a ſole & luna & 9.
11. undecim ſtellis adorari. quo
ſermone audito objurgavit
eum pater dicens: Quor-
ſum ſpectat iſtud ſomnium? an - - 10.
ego & mater tua, & fratres, te
ſubmiſſe veneratum veniemus?
obſervabat autem eam rem. - - 11.
12. Poſtea fratres apud Sichemam - - 12.
cum paſcerent paternum pe-
13. cus, Jacobus aliquando man- - - 14.
dat Joſepho, ut viſat fratres,
quomodo ſe habeant tam ipſi,
quam pecus, & rem ad ſe refe-
14. rat. Joſepho procul viſo illi di- - - 18.
xerunt, adventare ſomniato-
15. rem illum; interficiendum eſſe. - - 19.
16. Quod audiens Ruben reſiſtit, - - 21.
17. hortaturque, ne cruentarent - - 22.
manus ſanguine fratris, ſed
eum potius in puteum, qui erat
illic in ſolitudine, demitterent.
18. Ruben autem id eo dixerat

con-

consilio, ut, si ad suam accederent sententiam, eum manibus eorum ereptum ad patrem re-
Gen. XXXVII, duceret. Fratres probato con- 19.
23. silio Josephum tunica illa ver-
- - 24. sicolore, qua erat indutus, spo- 20.
liant, & in puteum ab aqua va-
- - 25. cuum detrudunt. Deinde con- 21.
sident quasi re bene gesta, ad
cibum capiendum. Interea for- 22.
tuito mercatoribus cum came-
- - 26. lis transeuntibus, Judas fratri- 23.
bus suis inquit: Agite, venda-
mus fratrem Ismaëlitis. Hac 24.
- - 27. ejus oratione adducti fratres
- - 28. extractum e puteo fratrem vi- 25.
ginti argenteis nummis ven-
- - 29. dunt. Cujus facinoris ignarus 26.
Ruben clam ad puteum rever-
sus est, ex eo fratrem eductu-
rus; at puero non reperto sci-
- - 30. dit vestimenta, dixitque: Proh
Deum! puer nusquam adest,
- - 31. quo me vertam, nescio. Illi ve- 27.
ro occiso capro Josephi versi-
colorem tunicam sanguine cru-
- - 32. entant; eamque ad patrem se- 28.
nem mittunt, & ei significant,
sese

sese eam reperisse; recognoscat,
utrum sit filii tunica, nec ne?
Ille innocens vir ea cognita di-
29. xit, filii esse tunicam, eum ab Gen. XXXVII
aliqua agresti fera esse devora- 33.
30. tum, Josephum esse discerptum.
Omnes quidem ejus filii atque - - 35.
filiæ ad eum consolandum ve-
nerunt; sed consolationem re-
31. spuit, ad inferos se ad filium
suum lugendo descensurum
32. esse dicens. Mercatores inte- - - 36.
rim Josephum in Ægyptum de-
duxerunt, eumque Potiphari
Regis eunucho, magistro equi-
tum, vendiderunt.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quot filios Jacobus habuit?
2. Quis ei fuit amantissimus?
3. Quid ita?
4. Unde amor ejus in filium potest cognosci?
5. Quo vero animo in eum fuerunt fratres?
6. Quam ob caussam in eum conceperunt odium?
7. Qui factum est, ut augeretur illud odium?
8. Quibusnam verbis unum somnium exposuit Josephus?
9. Quomodo id fratres interpretati sunt?
10. Quid Josephus alio tempore somniavit?
11. Quid pater sermone hoc audito dixit?

12.

12. Ubinam deinde paverunt pecus fratres?
13. Quid pater mandat Josepho?
14. Quid fratres Josepho procul viso dixerunt?
15. Quodnam consilium inierunt?
16. Quis vero cruentum consilium impedit?
17. Quid Ruben hortatur fratres?
18. Quo consilio id dixerat?
19. Probaruntne fratres consilium?
20. Quid faciunt Josepho?
21. Quid deinde ingrediuntur?
22. Quisnam illic transiit?
23. Quid Judæ in mentem venit?
24. Placuitne hoc consilium fratribus?
25. Quanti vendunt fratrem?
26. Quemadmodum Ruben fratris amissionem tulit?
27. Quomodo decipiunt patrem senem?
28. Quid nebulones patri significant?
29. Quid Jacobus tunica cognita dixit?
30. Quis venit ad consolandum Jacobum?
31. Quid sibi ominatus est Jacobus?
32. Quid interim Josepho accidit?

Sententiæ utiles.

I. Quod Josephus per somnum vidit, id ei quoque contigit.

Unde judicamus merito, non omnino omnia negligenda esse somnia.

II. Josephi fratres primum nequiter multa faciunt, deinde vendunt fratrem, tandemque patrem turpiter decipiunt.

Unde peccatum parere peccatum, nisi principio statim occurratur, apparet.

III.

III. Jacobus integer & innocens fuit homo, nihilo tamen minus plurimi ejus natorum fuerunt fures.

Unde patet posse fieri, ut pravos natos probi parentes educant; quare ne præpropere judicemus, cavendum.

Piæ Meditationes.

Josephum fratres oderunt, pessima turba,
Nulla precum vis est, fossa recepit eum.
Postremo servus peregrinis venditur idem.
Ecquæ caussa subest? mens bona frater erat.
O simplex pietas mihi semper amica futura es,
Sint mala Josephi perpetienda, licet.

Historia XVII.

de

Casto Josepho in carcerem conjecto.

Gen. XXXIX. Cap.

1. Josephus servus in Ægypto habuit herum Potipharem; qui Josephum suæ præfecit domui, curavitque ipse nihil, nisi, ut victum haberet. Quod is cum fecisset, Deus Potipharis domum Josephi caussa bene fortunavit, & omnes ei fortunas domi forisque prosperavit.

Gen. XXXIX. 1. - - 4. - - 6. - - 5.

Erat

Gen. XXXIX, 6. Erat autem Joſephus formæ venuſtate ſingulari, eamque ob rem ejus domini uxor adjectis in eum oculis eum, ad concubitum ſolicitavit. Joſephus vero renuit: Qui poſſum eo adduci, inquit, ut tanto me flagitio obſtringam? tantumque in Deum ſcelus admittam? laſciva quidem mulier non deſiſtit venire, ſed ad hunc modum Joſepho indies inſtat; ille vero in ejus concubitum & congreſſum non conſentit. Accidit quodam die, ut Joſephus inſciens mulierem ſolam eſſe domi, eam intraret; hic illa prehenſo ejus pallio iterum hortari, ut ſecum concumberet. Ille vero relicto in ejus manu pallio, fugere, ac ſe foras proripere; ſed ut mulier, ſe omni ſua opera nihil proficere vidit, domeſticos inclamat, & videte, inquit, Joſephus ad me venit, ut me comprimeret; at cum ego majorem clamorem edidiſſem, ille relicto apud me pallio ſuo fugit

6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

16. git & sese foras extulit. Itaque pallium penes se retinuit, donec Josephi dominus domum veniret, cui revertenti narrat - Gen. XXXIX, 15. - 16.
17. eadem; servum illum hebræum eis ab illo adductum venisse ad se illudendam, eaque clamorem tollente, suum pallium apud ipsam reliquisse, forasque - 17.
18. fugisse. Potiphar vera esse, quæ - 19.
uxor ejus diceret, existimans, - 20.
innocentem indicta caussa in carcerem inclusit, quo in loco vincti regis erant in vinculis.
19. Verum & ibi DEus ei præsens - 21.
& benignus adfuit, tantumque erga eum studium magistri car-
20. ceris conciliavit, ut ille omnes ejus domus vinctos in Josephi - 22.
potestatem committeret, nec quicquam omnino post eum
21. retractaret; propterea quod aderat Josepho DEus, & omnia - 23.
ejus facta prosperabat.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quo officio Josephus in Ægypto functus est?
2. Quem habuit herum?
3. Quid negotii Potiphar ei dedit?

4. Quid herus curavit?
5. Qua fortuna Josephus rem domesticam administravit?
6. Qua forma fuit Josephus?
7. Quis in eum amore arsit?
8. Ad quod flagitium eum solicitavit?
9. Quid Josephus respondit?
10. Siccine acquievit mulier?
11. Consentitne tandem in concubitum Josephus?
12. Quonam modo eum postremum tentavit?
13. Quid is cepit consilii?
14. Quid adultera audet?
15. Quid domesticis dicit?
16. Quid ipsi cum pallio?
17. Quid domino ejus narrat?
18. Qua Josephum pœna dominus affecit?
19. Quid Josepho in carcerem incluso contigit?
20. Quid carceris magister in Josephi potestatem dedit?
21. Quæ sors in carcere fuit Josephi?

Sententiæ utiles.

I. Deus non deest sanctis, licet in angustias adducantur. Josepho enim & in carcerem conjecto Deus adfuit, factaque ejus omnia prosperavit.

II. Dei beneficio peccata, quæ sunt atrocia, nota & voluntaria, commode satis omitti possunt. Quare Josephus neque blanditiis, neque impetu eo poterat commoveri, ut in Deum peccaret.

III. Heri cujusvis est, providere, ut, quos habet servos, sint pii.

Unius

Unius enim probi servi causſa contigit, ut Potipharis domus omnium rerum haberet affluentiam.

Piæ Meditationes.

Discere da nobis a te, Josephe pudice:
Uxor te domini tentat amore salax.
Tu Domino fidus respondes pectore casto:
I procul hinc! in me ne scelus hocce cadat!
Hæc eadem mihi sit, quam dem, responsio, vulgus
Ad crimen cum me pellicit atque vocat.

HISTORIA XVIII.
de
Josepho ex carcere dimisso.
Gen. XL. & XLI. Cap.

1. Josephus cum custodia tene- Gen. XL, 1.
retur, accidit, ut duobus mi-
2. nistris rex iraſceretur; quorum - - 2.
alter prægustatorum, alter pi-
3. storum magister erat. Utris- - - 3.
que in custodiam datis Jose-
phus, ut eis ministraret, præfi-
4. citur. Ad quos cum aliquan- - - 6.
5. do Josephus mane veniret, eos
mœstos animadvertens quærit,
quamobrem vultu sint adeo
6. mœsto? Cui illi respondent, so- - - 8.

mniasse se utrosque præterita
nocte, & carere conjectore. Jo- 7.
sephus quidem ait, habere De-
um somniorum interpretatio-
nes, nihilo tamen secius postu-
Gen. XL, 9. lat enarrari sibi somnia. Tum 8.
prægustatorum magister so-
mnium suum exponit ad hunc
modum: Videbatur mihi in so-
mnis ob oculos esse vitis, & in
vite tres palmites ferentes uvas
maturas; ego autem uvas ca-
piebam, & in poculum Pharao-
nis, quod mihi erat in manu,
exprimebam, eique in manum
porrigebam. Et Josephus sine 9.
mora: Hic est sensus, inquit:
Tres palmites tres dies sunt,
- - 12. hinc ad triduum jubebit te Pha-
rao produci & in antiqvum sta-
- - 14. tum restituet. Præterea prægu- 10.
statorum magistrum quoque
adhortatur, ut, cum ei bene fo-
- - 16. ret, sui meminisset. Hic pisto-
rum magister: Ego quoque, 11.
inquit, somniavi, tria candida
canistra esse super capite meo,
in quorum summo inerat Pha-
rao-

raonis omne genus ciborum
pistoriorum, quos aves ex ca-
nistro super capite meo come-
12. debant. Tum Josephus: Hæc Gen. XL, 18.
est, inquit, significatio: Tria ca-
nistra tres dies sunt: Tu abhinc
tres dies jussu Pharaonis securi - - 19.
ferieris, & ad palum affigeris,
ubi tuum corpus depascentur
13. alites. Igitur tertio post die
Pharao, cui is dies natalis erat, - - 20.
cum suis omnibus convivium
daret, rerum eventus somnia
comprobavit: Rex enim præ-
gustatorum magistrum in lo-
cum muneris pristinum repo-
suit, magistrum vero pistorum - - 22.
14. ad palum alligavit. Sed imme- - - 23.
mor prægustatorum magister
Josephum oblivioni tradidit.
15. Post biennii spatium Pharaoni Gen. XLI, 1.
16. duplex somnium obtigit: Pri- - - 2.
mum enim sibi visus est adstare
flumini, de quo emergebant se-
ptem vaccæ visu formosæ, &
corpore opimo; dein totidem
post eas e flumine ascendebant
aspectu deformes, & tenui cor-

Gen. XLI, 4. pore; & deformes atque macræ formosas & opimas devorabant; quas cum in sua viscera demisissent, tamen id non apparebat, adeo informes adhuc
- 5. erant ut prius. Iterumque dor- 17.
miens somniavit, septem spicas enasci in uno calamo, pingues & elegantes, secundum quas succrescebant alteræ exiles, & exesæ uredine, quæ exiles generosas & plenas consumebant.
- 8. Bene mane Pharao jubet con- 18.
vocari Ægypti hariolos & sapientes, quorum tamen cum nemo somnia interpretari pos-
- 9. set; præguſtator Pharaoni di- 19.
xit, se nunc peccati meminisse, eique commemoravit, juvenem quendam hebræum esse in vinculis, qui artem interpre-
- 26. tandi somnia didicisset. Jose- 20.
phus ad regem adductus statim audita somniorum narratione dixit, septem vaccas generosas, itemque septem spicas generosas, esse septem annos frugum feracitate memorabi-
les;

les; contra ſeptem vaccas tenui
corpore, & ſpicas uredine exe-
ſas, eſſe ſeptem peruſtos fame-
21. que infeſtos annos. Præterea Gen. XL, 33.
regi ſuaſit, ut diſpiceret virum
aliquem ſcientem & peritum,
qui annis uberibus ſuperfluum
frumenti numerum cogeret.
22. Eam rem Pharao probans Jo- - - 37.
ſepho curam totius Ægypti tra-
didit, eumque ſolio tantum ſu-
23. perare voluit, ſimulque rex de- - - 42.
tractum de ſua manu annulum
Joſephi manui induit, eum bys-
ſina veſte ornavit, collumque
ejus aurea torque inſignivit.
24. Quin in currum dignitate ſe- - - 47.
cundum imponit, ut ante eum
proclamaretur: Genua flectite.

Perſpicuæ Quæſtiones.

1. Quid in Ægypto domi Regis accidit?
2. Quinam illi miniſtri erant?
3. Qua pœna ſunt affecti?
4. Quid aliquando Joſephus animadvertit?
5. Quid Joſephus ex eis quærit?
6. Quid illi reſpondent?
7. Quid ait Joſephus?
8. Quid præguſtatorum magiſter ſomniavit?

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0087
DFG

9. Quanam interpretatione somnium explicat?
10. Quid præguſtatorum magiſtrum Joſephus adhortatur?
11. Quibus verbis piſtorum magiſter enarrat ſuum ſomnium?
12. Quam ſomnii ſignificationem Joſephus affert?
13. Comprobatane eſt interpretatio eventu?
14. Fuitne memor Joſephi præguſtatorum magiſter?
15. Quid poſtea Regi Pharaoni obtigit?
16. Quodnam ejus prius fuit ſomnium?
17. Quod poſterius fuit ſomnium?
18. Quis jubetur interpretari ſomnia?
19. Quis vero Joſephi mentionem facit?
20. Qui interpretatur Regis ſomnia?
21. Quid regi ſuaſit Joſephus?
22. Cui rex curam Ægypti tradidit?
23. Quem Joſepho habuit honorem?
24. Quænam ante eum verba proclamari juſſit?

Sententiæ utiles.

I. Felicia & calamitoſa tempora non fortuito veniunt, ſed omnia Dei numine geruntur.

Deus enim Regi in Ægypto, ſeptem annis fore fertilitatem, totidemque annis ſterilitatem, prænuntiavit.

II. Cum ſapientes viri admoventur officiis, ſæpe maxima mala avertuntur.

Quam multa hominum millia periiſſent fame, niſi Joſephus frumenti habuiſſet curam.

III. Opportuno tempore decet nos eſſe frugales, ne calamitoſo nos cruciet egeſtas.

Non

Non enim omnes anni afferunt ubertatem, ſed ſeqvuntur etiam, qui ſterilitate ſunt infeſti.

Piæ Meditationes.

Joſephi caſti miramur fata ſiniſtra:
Filius eſt, genitor quem vehementer amat.
Nunc miſer eſt ſervus, nunc eſt in carcere clauſus;
Non tamen usque latet, regia ſceptra capit.
Summe Deus regnans, tibi me jam dedico totum,
Ducas me mire, dummodo rite, licet.

HISTORIA XIX.

de

Joſephi fratribus creſcente annona in Ægyptum proficiſcentibus.

Gen. XLII. & XLIII. Cap.

1. ANnona, urgente ubique fa- Gen. XLI, 54.
me, crevit quoque in Cha-
nanæa, ubi tum Jacobus habi-
2. tabat. Qui cum audivit, cibum - XLII, 1.
eſſe in Ægypto venalem, miſit
eo filios ſuos ad frumentum
3. coëmendum; filium natu mi- - - 4.
nimum Benjaminem non di-
4. miſit cum fratribus, veritus, ne
5. quid ei adverſi accideret. Erat - XLI, 55.
autem eo tempore in Ægypto

rei frumentariæ præfectus Jo-
sephus, ad quem rex omnes, 6.
qui ob cibum eum interpella-
rent, remisit, jussitque illius di-
Gen. XLII, 6. cto obtemperari. Jacobi filii 7.
cum ad eundem pervenerunt,
eum demisso vultu ad terram
- - 7. venerati sunt. Josephus ubi 8.
- - 8. fratres conspexit, agnovit; illi
vero, eum esse fratrem, quem
vendidissent, ignorabant, ne-
que id ex lingua poterant judi-
- - 23. care: Josephus enim cum eis 9.
intercedente interprete, cum
vellet, locutus est. Cum ante se 10.
- - 9. in genua procumbentes vide-
ret fratres Josephus, rediit in
memoriam somniorum, quæ
- - 16. de illis somniaverat. Alienum 11.
vero se esse simulans, eos tan-
quam exploratores in custodi-
- - 11. am conjecit. Dixerunt quidem, 12.
se esse omnes hominis unius fi-
lios, duodecim fratres, veraces,
- - 13. non exploratores. Josephus 13.
vero hoc audito quærit: Ubi-
nam sint reliqui duo fratres?
Cui illi respondent: Minimum
fra-

fratrum nunc cum patre esse,
14. unum autem jam nusquam esse. Gen. XLII, 16.
15. Josephus igitur jubet mitti ex illis unum, qui fratrem minimum arcesseret: Hoc enim modo, ait, posse sciri, an sit ab eis
16. veritas. Quod cum auribus - - 21. perciperent, cœperunt inter se se sua lingua dicere, se certe in fratrem suum fuisse sceleratos.
17. His aliisque verbis commotus - - 24. Josephus digressus est ab eis, &
18. flevit. Tandem Simeonem col- - - 24. ligatum servans, reliquis novem fratribus potestatem do-
19. mum redeundi dedit. Cum in - - 27. diversorio saccos aperiunt, ar- - - 35. gentum in eis, quod quisque pro frumento dederat, depre-
20. hendunt. Josephus enim in cu- - - 25. jusque sacco pecuniam jusserat
21. reponi. Qua vero re & liberi - - 35. & parens senex metu perculsi
22. sunt. Postquam cibaria con- - XLIII, 2. sumta erant, pater iterum hortatur filios, ut in Ægyptum
23. proficiscantur. Noluerunt vero - - 3. ingredi iter, nisi frater minimus

mus natu Benjamin una secum
proficisceretur. Josephus enim 24.
affirmaverat, eis non licere in
conspectum suum venire, nisi
secum adducerent fratrem mi-
Gen. XLIII, 19. nimum. Venientes in Ægy- 25.
ptum in primis Josephi dispen-
satori pecuniam in suis saccis
repertam reddunt: Qui vero
- - 23. eam accipere noluit, sed potius 26.
dixit, DEum eorum patrium
pecuniam in saccos eorum im-
- - 27. misisse. Josephus deinde eos 27.
humaniter excepit, & ut fra-
trem ex eadem matre natum
- - 29. Benjaminem conspexit: Deus 28.
- - 30. tui misereatur, fili, inquit; si- 29.
mulque miseratione erga fra-
trem commotus, locum statim,
- - 32. ubi fleret, quæsivit. Interea ci- 30.
bus apponitur, & Josephi fra-
tres, ut una cibum capiant, in-
- - 33. vitantur. Ut autem quisque æ- 31.
tate antecellebat, ita primo an-
te eum loco collocatus est; id
quod illi inter sese admiraban-
- - 32. tur. Convictores vero sepa- 32.
ratim consederunt, quod Ægy-
ptii

ptii cum Hebræis cibum capere
33. ducebant turpiſſimum. Ex Jo- Gen. XLIII,
ſephi appoſitis ſua cuique por- 34.
34. tio data eſt, ita ut Benjaminis
eſſet quintuplo major, quam
35. ullius ceterorum; neque prius - - 34.
diſceſſerunt, quam liberaliter
36. potaviſſent; poſtero vero die - XLIV, 3.
læto animo domum reverte-
runt.

Perſpicuæ Quæſtiones.

1. Ubinam crevit annona?
2. Quid conſilii cepit Jacobus?
3. Quem filium domi retinuit?
4. Quamobrem Benjaminem non una cum fratribus dimiſit?
5. Quisnam rei frumentariæ præfectus erat?
6. Quid Rex ob cibum interpellatus fecit?
7. Quonam modo filii Jacobi venerati ſunt Joſephum?
8. Annon inter ſe agnoverunt?
9. Joſephusne ſermone cognitus eſt?
10. In cujusnam rei memoriam rediit Joſephus?
11. Cognoſcendumne ſe præbuit?
12. Quomodo ſuam cauſſam dicunt ejus fratres?
13. Quid Joſephus quærit?
14. Quid illi reſpondent?
15. Quonam modo verum cognoſci vult Joſephus?
16. Quid patria lingua inter ſe dixerunt?

17.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0093
DFG

17. Commotusne est eorum sermone Josephus?
18. Quid tandem statuit Josephus?
19. Quid illi in saccis deprehendunt?
20. Qui id factum est?
21. Quemadmodum id tulerunt?
22. Utrum cibaria suffecerunt?
23. Quemnam voluerunt una secum proficisci?
24. Cur Benjaminem voluerunt?
25. Ad quem in primis in Ægypto accedunt?
26. Quid vero respondit dispensator?
27. Quemadmodum eos excepit Josephus?
28. Quid Josephus fratri minimo natu dixit?
29. Commotusne est Josephus viso illo fratre?
30. Quem fratribus exhibet honorem?
31. Quonam ordine sunt collocati?
32. Quis ad mensam eorum una accubuit?
33. Unde portio sua cuique data est?
34. Quanta portio data est Benjamini?
35. Quando discesserunt?
36. Quando domum reverterunt?

Sententiæ utiles.

I. Deum omnia scire, antequam fiant, certum est.

Deus aliquot annis ante Josepho, fore, ut fratres demisso in terram vultu eum venerarentur, prænuntiaverat.

II. Mens sceleris commissi sibi conscia quiescit paulisper, sed irritata maxime cruciat.

Josephi fratres cum inciderent in maxima pericula perturbati, sceleris in fratrem editi meminerunt.

III.

III. Honorifica verba sunt optima, si quando inter nos sincero animo fausta precamur.

Josephus accepit fratrem Benjaminem his verbis: Deus tui misereatur, fili!

Piæ Meditationes.

Josephi pectus fraterno flagrat amore,
Cum fratrem Benjam rursus adire licet.
JEsu, pace tua, te nuncupo nomine fratrem,
Ah quando facie te mihi nosse datur?
O me felicem! cum te cognovero totum!
Exoptata dies, vita perennis ades!

Historia XX.

de

Josepho a fratribus agnito.

Gen. XLIV. & XLV. Cap.

1. JOsephi fratres cum iterum domum reverti vellent, is dispensatori negotium dat, ut illorum saccos frumento compleat, & in unius cujusque sacci ore argentum ejus ponat; tum autem in natu minimi præter argenteum pretium etiam scyphum suum argenteum; quod ille sicut erat jussus ita vespere fecit. Mane diluculo cum nondum Gen. XLIV, 1. - - 2. - - 3.

Gen. XLIV, 4. dum longe ab urbe abessent,
mandat Josephus dispensatori,
- - 5. ut eos persequatur. Ille eos as- 5.
secutus, quærit ex eis, cur bo-
num malo pensarint, & scy-
phum argenteum, quo potare
suus herus soleret, furati sint?
- - 9. Jacobi nati innocentis mentis 6.
sibi conscii: Penes quem scy-
phus, inquiunt, deprehensus
fuerit, capite plectatur, nos au-
tem reliqui Josepho servitutem
- - 12. serviamus. Atque ille a maxi- 7.
mo ad minimum conquirere
exorsus, scyphum in sacco Ben-
- - 13. jaminis invenit. Tum vero illi 8.
miseri dilaceratis vestimentis
in urbem revertuntur. Veni- 9.
entes, ubi ante Josephum ad ter-
ram procidunt, is illos ita allo-
- - 14. quitur: Quod facinus admisi-
- - 15. stis? an nesciebatis me unum
ex eis esse, qui divinant? Cui 10.
fratrum nemo poterat respon-
- - 16. dere, præter Judam, qui: Quo-
modo tibi nos, inquit, purga-
bimus? Deprehendit nostrum
crimen Deus: Ecce tibi servos
nos

nos & eum, apud quem scy-
11. phus repertus est. At ille: Ego Gen.XLIV,17.
vero non faciam, inquit, imo
ipse, quem penes inventus est
scyphus, mihi servus erit, vos
abite salvi ad patrem vestrum.
21. Quo sermone maxime perter- - - 32.
ritus est Judas, qui patri vas fa-
ctus erat pueri Benjaminis si-
13. stendi. Quare Josephum ma- - - 33.
gnopere cœpit orare, ut sibi ser-
vo pro fratre minimo natu re-
14. manere liceret: Si enim fratres - - 31.
rediissent Benjamine relicto, se-
se in orcum deducturos mœro-
re confectum senem patrem.
15. Hic Josephus, cum se continere - XLV, 1.
amplius non posset, clara voce
pronuntiat, ut omnes foras e-
16. mittantur, &: Ego sum germa- - - 3.
nus vester Josephus, inquit fra-
17. tres alloquens; vivitne adhuc
pater meus? At fratres ejus præ-
sentia conturbati respondere
18. nihil poterant. Tum jubet eos - - 4.
propius ad se accedere, adhor- - - 5.
taturque eos, ne angerentur, se
ab eis esse venditum: DEum

F enim

enim se illis salutariter præmi-
Gen. XLV, 6. sisse; restare adhuc quinque an- 19.
nos, quibus neque sementis fu-
- - 9. tura sit, neque messis. Quare
festinarent ad patrem, & omnes
cum eo in Ægyptum sine mo-
ra descenderent, habituri in
- - 10. Gossene, sese eis alimenta præ- 20.
- - 14. biturum. Hæc locutus in Ben- 21.
jaminis sui fratris collum cum
lacrymis invadit, & Benjamin
ejus collum vicissim plorans
- - 22. complexus est. Dedit etiam 22.
singulis vestem de splendidio-
ribus, sed Benjamini quinque 23.
cum trecentis nummis argen-
- - 23. teis. Patri quoque misit asinos 24.
decem, Ægyptia bona portan-
tes; & totidem asinas, quæ far
- - 24. ferrent. Tandem eos dimisit 25.
cum præcepto, ne tumultua-
- - 25. rentur in via. Qui postquam 2.
domum pervenerunt, narrant
patri, Josephum adhuc in vivis
- - 26. esse, & principatum tenere in
omni Ægypto. Sed Jacobus eis 27.
- - 26. fidem non habebat, donec mis-
sa a Josepho vehicula ad se ve-
hen-

28. hendum conspiceret. Tum col- Gen. XLV, 27.
legit ipse se, &: Satis est, inquit
Israël, postquam vivit adhuc fi-
lius meus Josephus; adibo, eum-
que videbo antequam morior. - - 28.
29. Ergo profectus est cum omni Gen. XLVI,
30. familia, quæ fuit septuaginta 25.
31. duorum capitum. Josephum - - 27.
sibi obviam venientem allo- - - 30.
quens: Nunc moriar, licet, in-
quit, postquam tuum adhuc vi-
32. ventis vultum conspexi. Rex Gen. XLVII,
Pharao mandat, ut Josephus 6.
patrem fratresque suos in opti-
mo Ægyptiæ terræ tractu, quo
33. habitarent, collocaret. Id Jo-
sephus curat sedulo, traditque
eis Gossenem, ut eam incole-
34. rent, quo loco, cum ubique
magna cibi penuria laborare-
tur, eos alimentis largiter su-
35. stentavit. Neque porro fratrum Gen. L, 20.
injuriam ultus est, sed ita eis di-
xit: Quod vos in me malo ani-
mo cogitaveratis, id Deus con-
vertit in bonum.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Qua re fratrum saccos compleri jussit Josephus?

2. Quid præcipue in sacco fratris minimi natu jussit poni?
3. Quando dispensator id fecit?
4. Quid, cum discessissent, accidit?
5. Cujus criminis eos arguit?
6. Qua lege suam fidem adstringunt?
7. Ubi scyphus inventus est?
8. Quid miseri faciunt?
9. Quibus eos verbis alloquitur Josephus?
10. Quomodo se purgant?
11. An Josephus accepit conditionem?
12. Quis omnium maxime hoc sermone est perterritus?
13. Quid Judas cœpit orare Josephum?
14. Quamobrem id fecit?
15. Quemadmodum animo affectus est Josephus?
16. Quibus verbis, quis sit, aperit?
17. Quid responderunt fratres?
18. Quid eis dat solatii?
19. Quid propter futuram frugum inopiam suasit Josephus?
20. Ubinam habitare voluit Jacobum?
21. Quomodo dimisit Benjaminem?
22. Quid Josephus fratribus dedit?
23. Quid Benjamini dedit?
24. Quid Josephus patri seni misit?
25. Quocum præcepto eos dimisit?
26. Quid illi patri narrant?
27. Fidemne eis habebat Jacobus?
28. Quid igitur Jacobus ait?
29. Quocum Jacobus profectus est in Ægyptum?
30. Quot capitum familia fuit?

31.

31. Quibus verbis Jacobus alloquitur Josephum?
32. Quid mandat Rex Pharao?
33. Quo in tractu collocantur?
34. Quid eis ibi accidit?
35. Annon Josephus ultus est, quam a fratribus acceperat, injuriam?

Sententiæ utiles.

I. Per quod quis peccat, per idem punitur & ipse.

Josephus a fratribus in foveam conjectus angoribus pene conficitur; iidem fratres, cum jam furti insimulantur, ita cruciantur, ut, quo se vertant, nescianr.

II. Deus piorum habet curam, etiamsi existant calamitates publicæ, eæque gravissimæ.

Cum annonæ difficultas ubique esset, Jacobo in regione Gossene cum tota familia bene prospectum est.

III. Dominus Deus vel pessime cogitata ad salutem potest convertere.

Josephus fratres, a quibus erat venditus, sic alloquitur: Quod vos in me malo animo cogitaveratis, id Deus convertit in bonum.

Piæ Meditationes.

Bis seni nati dubitant nutrire parentem,
Cum totidem genitor sæpe cibare solet.
O Josephe, tuam fortunam prædicat omnis;
Cum natis large nutris alisque patrem.
Fortunatus ero mihi tunc, ætate profectos,
Debeo queis vitam, si recreare queam.

Historia XXI.
de
Servitute Ægyptia.
Exod. I. & II. Cap.

Exod. I, 7. MOrtuo Josepho cum Israëli- 1.
- - 10. tæ numero & multitudine
valde aucti essent, rex vereri 2.
cœpit, ne quando hostibus sese
conjungerent. Quare Ægyptii 3.
consilio eos opprimere sunt co-
- - 11. nati. Rex enim urbes, quo one- 4.
ra ipsis imponeret, ædificandas
- - 11. curavit. Eis quoque dati sunt 5.
quæstores tributi, qui nullam
eis misericordiam tribuerunt.
- - 12. Hoc tamen modo parum profi- 6.
ciebant: Quanto enim gravius
Israëlitæ premebantur, tanto
magis crescebant, magisque
- - 15. propagabantur. Tum rex ob- 7.
stetricibus, ut Hebræorum ma-
res in ipso enixu necarent, man-
- - 17. davit. Sed obstetrices Deum 8.
veritæ pueros conservabant;
- - 19. regi vero detulerunt: Hebræ- 9.
as mulieres esse vividas, & an-
tequam adsit obstetrix, parere.

Cum

10. Cum & hoc consilium minus ex sententia cederet, rex imperavit omni suo populo, ut omnes Hebræorum mares na- Exod. I, 22.
11. tos in flumen dejicerent. Pharaonis filia, cum aliquando cum pediſſequis ad fluminis ripam - II, 5.
12. ambularet, sese lotura; conspicata est inter papyrum cistam - - 5.
13. bitumine & pice oblitam. Qua extracta apertaque vidit infan- - - 6.
14. tem vagientem. Mater ejus fuit Hebræa mulier, quæ cum puerum domi suæ tres menses habuisset occultum, nec amplius occultare potuisset, ad ripam fluminis eum, ne regis jussu in- - - 2.
15. terficeretur, exposuerat. Regis filia statim arcessi jubet nutricem, quæ educaret puerum, & inventa est ejus vera mater. - - 8.
16. Jamque factum grandiusculum regis filia receptum pro filio - - 9.
habuit, eumque Mosem nomi- - - 10.
17. navit. Aula vero parum delectatus, postquam adoleverat, interdum Israëlitas consanguine- - - 11.
18. os suos invisit. Accidit vero - - 12.

aliquando, ut videret Ægyptium quendam, qui Hebræum unum de agnatis suis cædebat; quare accensus ira Ægyptium
Exod. II, 13. interfecit. Moses igitur cum co- 19.
geretur fuga sibi consulere, ve-
- III, 1. nit ad sacerdotem Jethronem, 20.
- II, 21. qui eum gregi præfecit suo, eique Sephoram filiam suam elocavit.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid Israëlitis Josepho mortuo accidit?
2. Quid rex veritus est?
3. Quid igitur Ægyptii conati sunt?
4. Quomodo eos rex afflixit?
5. Quis eis præfectus est?
6. Num hoc modo sunt oppressi?
7. Quid rex obstetricibus mandavit?
8. Erantne obstetrices dicto regi audientes?
9. Quid detulerunt regi?
10. Quid rex pueris recens natis fieri jussit?
11. Quid negotii filiæ Pharaonis fuit?
12. Quidnam inter papyrum conspicata est?
13. Quid reperit in cista?
14. Qui hoc est factum?
15. Cui puerum educandum tradidit?
16. Quo nomine puerum vocavit?
17. Multumne is delectatus est aula?
18. Quamnam fecit cædem?

19.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0104
DFG

19. Quo fugiens se recepit?
20. Quæ conditio fuit Mosis domi sacerdotis Jethronis?

Sententiæ utiles.

I. Beneficiorum acceptorum memoriam facile delet oblivio. Confirma id mihi ex isthac narratione.

Ægyptii non amplius, quantæ sibi fuisset saluti Josephus caræ annonæ tempore, meminerunt.

II. Magis Deo, quam hominibus, parendum est. Comproba id mihi exemplo.

Obstetrices in Ægypto idem sentientes, pueros natos invito rege servarunt.

III. Cui Deus in terris honores decrevit, eum novit & mirabilem in modum servare. Unde id probas?

Moses, quem Deus voluit esse ducem Israëlitarum, ex omni periculo ereptus est.

Piæ Meditationes.

Innatat abjectus puer illic littore parvus,
Vagitum mœstum duplicat ore suo.
Credere quis potuit, post tempora longa futurum,
Ut gentem pressam liberet iste Dei?
In ludis miseri degunt & sæpe puelli,
Aura quibus melior nomina magna dabit.

Historia XXII.
de
Pharaone animum suum obfirmante.
Exod. III. - XI. Cap.

Exod. III, 1. MOses cum pasceret pecus so- 1.
ceri sui in desertis, & ve-
nisset in montem Horebum,
- - 2. conspexit flammam ignis in 2.
medio rubo, qui tamen rubus,
licet arderet, non consumtus
- - 4. est. In eo fuit immortalis Deus, 3.
qui de medio rubo clamans di-
- - 7. xit, se vidisse calamitatem po- 4.
- - 8. puli sui in Ægypto, atque de-
scendisse ad eum deducendum
in terram lacte & melle roscidam
- - 10. entem. Simulque Deus Mosi 5.
mandavit, ut rem deferat ad
Israëlitas & regem Pharaonem.
- IV, 1. Moses vero munere hoc parum 6.
delectatus, caussatus est, suæ o-
rationi fidem habiturum esse
neminem, omnesque negatu-
- - 2. ros, sibi apparuisse Deum. De- 7.
us vero sententiam suam non
mutans, tria ei prodigia in po-
testa-

8. testatem dedit, ut, si Moses vir- Exod. IV, 3.
gam abjiceret in terram, abje-
cta mutaretur in serpentem; si - - 4.
caudam vero ejus manu pre-
henderet, fieret denuo virga:
9. Deinde, ut, si manum in suum - - 6.
sinum immitteret, educta fie-
ret leprosa; eam iterum si re-
ferret in sinum & educeret, es-
10. set salva & pura: Postremo ut, - - 9.
si sumeret aquam de flumine,
eamque in terram effunderet,
ea omnibus id intuentibus hu-
mi verteretur in sanguinem.
11. Præterea adjunxit ei fratrem - - 16.
ejus Aaronem virum facun-
dum, qui pro eo verba faceret.
12. Primum rem narrarunt Israëli- - - 31.
13. tis, qui ostentis visis facile eis
14. habuerunt fidem. Deinde ad-
eunt regem Pharaonem, & cum
15. eo sic agunt: Mandat Jova Israë- - V, 1.
litarum Deus, ut populum su-
um dimittas, ut ei festum agat
16. in desertis. Quibus vero Pha- - - 2.
rao: Quis est ille Dominus, in-
quit, ad cujus ego jussum Israë-
litas dimittam? Ego vero ne-
que

que Dominum novi, neque Is-
Exod. IV, 6. raëlitas dimittam. Præcepit- 17.
que Pharao eo ipso die magi-
stratibus & exactoribus popu-
- - 7. li, ne deinceps paleam populo
ad conficiendos lateres, sicut
antea, suppeditarent, sed ipsos 18.
eam sibi collectum ire juberent,
- V, 8. & tamen eandem laterum sum- 19.
mam, quam præstare erant so-
- VII, 10. liti, ab eis exigerent. Moses 20.
quidem virga projecta ostenta
præsente Pharaone fecit: Cum 21.
- - 11. vero Ægyptii magi suis car-
minibus idem facerent, ille ob-
firmato animo eis non paruit.
- - 13. Postea tota Ægyptus a Deo de- 22.
cem calamitatibus insignibus
est afflicta; primum sanguine 23.
& ranis; deinde pediculis & in-
sectis; tum peste & pustularum
ulceribus; post grandine & lo-
custis; tandem caligine & deni-
- - 20. que angelo trucidante. Pri- 24.
mum omnium aqua fluminum
mutata est in sanguinem, quod
malum fuit septem dierum.
- VIII, 6. Deinde tot extitere ranæ, ut 25.
rex

rex, quo ſe verteret, neſciret. Exod. VIII,
26. Pediculi ex pulvere, a Moſe vir- 16.
27. ga percuſſo, prodierunt. Inſe- - - 21.
ctis omnes Ægypti domus re-
pletæ fuerunt, præter domici-
lia iſraëlitarum in Goſſene, quæ
28. ab inſectis erant immunia. Per- - IX, 3.
nicioſiſſima lue infecti ſunt
cum homines tum beſtiæ, ſoli
29. Iſraëlitæ ſalvi fuerunt. Puſtu- - - 10.
læ ulceroſæ hominum & beſtia-
rum venerunt ex fuligine,
quam Moſes & Aaron in aërem
30. ſparſerant. Vis grandinis in - - 22.
campis Ægyptiorum omnia
contudit, contrivit & perfregit.
31. Locuſtæ omnes herbas, a gran- - X, 12.
32. dine relictas, perederunt. Per - - 21.
totam Ægyptum tenebrarum
caligo per triduum extitit, cum
interim Iſraëlitæ omnes lucem
33. ſuis in ſedibus haberent. Extre- - XI, 4.
mo quoque tempore venit An-
gelus percuſſor circa mediam
noctem ad cædendos omnes in
34. Ægypto primogenitos. Ali- - VII, 22.
quot oſtenta itidem fecerunt
ſuis carminibus Ægyptii magi,
at

Exod. VIII, 18. at pediculorum effectionem 35.
- - 19. imitari frustra tentarunt, fassi-
que sunt ipsi, digitum esse Dei;
- IX, 11. quin etiam magi ulceribus ita 36.
sunt affecti, ut ante Mosem non
- VIII, 8. possent consistere. Malum cum 37.
adesset, Pharao quidem sese po-
pulum dimissurum esse pollici-
tus, hortatusque est Mosem &
Aaronem, ut intercessione sua
- - 15. calamitatem abigerent. At ubi 38.
vidit, datam esse respirationem,
promissorum oblitus, animum
iterum iterumque obfirmavit.
- X, 28. Postremum quoque Pharao di- 39.
xit, Mosi esse cavendum, ne
posthac conspectum ejus sub-
- VII, 4. eat, ni vellet mori. Omnia ista 40.
miracula in Ægypto propte-
rea Deus edi voluit, ut nomi-
nis sui fama per omnes oras
divulgaretur.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Ubi Moses pavit oves?
2. Quid ibi conspexit?
3. Quid fuit in ardente rubo?
4. Quid Deus Mosi dixit?
5. Quid Mosi mandavit Deus?

6. Quid

6. Quid caussatus est Moses, munus illud aversans?
7. Quotnam prodigia Mosi dantur?
8. Quid futurum Deus dixit, si Moses abjiceret virgam?
9. Quid manu Mosis in sinum immissa futurum dixit Deus?
10. Quorsum aquam adhiberi jussit?
11. Quemnam Dominus ei comitem adjunxit?
12. Cuinam rem primum narrarunt?
13. Habueruntne Israëlitæ eis fidem?
14. Quem deinde adeunt?
15. Quemadmodum agunt cum rege?
16. Quid Pharao respondet?
17. Quid Pharao exactoribus populi præcepit?
18. Unde acciperent paleam?
19. Numquid propterea eis rex condonari voluit?
20. Mosesne ostenta præsente Pharaone fecit?
21. Cur vero Pharao eis non paruit?
22. Quibusnam calamitatibus a Deo Ægyptus afflicta est?
23. Enumera quæso eas?
24. Quid nosti de sanguine?
25. Quid de ranis?
26. Unde pediculi prodiere?
27. Ubinam insecta apparuerunt?
28. Quis lue infectus est?
29. Unde venerunt pustulæ ulcerosæ?
30. Quid contudit vis grandinis?
31. Quid locustæ perederunt?
32. Quid de caligine memoria dignum est?
33. Quid Angelus percussor fecit?

34. Poterantne magi eadem facere ostenta?
35. Poterantne pediculos procreare?
36. Quid præstigiatoribus accidit, cum ulceribus homines afficerentur?
37. Quid Pharao egit, tot calamitatibus cum affligeretur?
38. Quomodo promissa præstitit?
39. Quam sententiam Moses tandem audit?
40. Quamobrem Deus tot ostenta & miracula edi in Ægypto voluit?

Sententiæ utiles.

I. Quando, qui parent, a magistratibus nimis vexantur, Dominus Deus inter venit.

Hoc expertus est rex Pharao: Cum enim ab eo Israëlitæ intolerabilibus premerentur oneribus, DEus dixit, se populi sui vidisse calamitatem.

II. Diabolus non omnia, quæ vult, potest, sed ejus potestas tanta est, quantam Deus esse permittit.

Ægyptii magi diaboli ope ne pediculum quidem producere valebant.

III. Ministri Dei fideles culpa carent, si quando homines ad emendatiorem vitam non traducantur.

Moses & Aaron ostenta & miracula sat multa ediderant Dei jussu, Pharao tamen obstinatum animum non mutavit?

Piæ Meditationes.

Punitur Pharao novies, nec mutat iniquus
Mores, dum primus filius ipse cadit.
Ejus sunt generis pueri non verba timentes,
Qui consueverunt verbera quæque pati.
Non ero sic illis, qui me genuere, rebellis;
Sint mihi pro multo verbere verba satis.

HI-

HISTORIA XXIII.
de
Moſe Iſraëlitas ex Ægypto educente.
Gen. XI. - XV. Cap.

1. ANimum ſuum Pharao poſt- Exod. XI, 1.
quam novies obfirmaverat,
2. Deus ei decimam eamque po-
ſtremam calamitatem prænun-
3. tiari juſſit; quam Moſes hoc
modo expoſuit, Angelum per- - - 4.
cuſſorem circa mediam no-
ctem in Ægypto obiturum, o-
mnesque primogenitos inter-
4. emturum. Iſraëlitas interea - - 2.
præmoneri curavit Deus, ab Æ-
gyptiis ut peterent argentea
aureaque vaſa, & ea ſecum au-
5. ferrent. Deus etiam, quemad- - XII, 1.
modum ultimam in Ægypto
apparari vellet cœnam, expres-
6. ſis verbis definivit. Præcepit - - 3.
enim, ut omnes patres familias
poſtrema veſpera agnum igne
toſtum in domibus ſuis come-
derent, neque quicquam in po-
ſterum diem reliqui facerent;

Exod. XII, 11. comederent autem postre- 7.
mum hoc habitu, succinctis la-
teribus, calceatis pedibus, ba-
cillos manibus tenentes, more
eorum, qui iter meditantur.
- - 22. Sanguine mactati agni infice- 8.
rent superliminaria & postes:
- - 23. Sanguis iste aspersus indicaret 9.
Israëlitarum domos, ne in eas
- - 29. clades inferretur. Media nocte 10.
Angelus percussor omnia in 11.
Ægypto primogenita & homi-
num & bestiarum, ne Pharao-
nis quidem in solio sedentis
primogenito excepto, occidit.
- - 30. Tum ortus est maximus in Æ- 12.
gypto tumultus, quippe quod
nulla domus erat funeris expers.
- - 30. Rex Pharao ipse ea nocte sur- 13.
gens accersi jubet Mosem &
- - 31. Aaronem, eisque ita dicit: Agi- 14.
te, exite de meo populo & vos
& Israëlitæ; ite, & quæ posside-
- - 33. tis, auferte. Imo Ægyptii, do- 15.
nec esset diluculum, expectare
non potuerunt, sed Israëlitas
urserunt, eosque de suis fini-
bus emittere properarunt, nec
quic-

16. quicquam, quod mutuo illis
17. dederant, popoſcerunt. Exer- Exod. XII, 37
citus autem Iſraëlitarum fue-
runt circiter ſexcenta millia pe-
ditum virorum præter imbel-
18. lem turbam. Quo memoria - - 43.
hujus exitus conſtaret, Judæis
feſti dies, Paſcha dicti, quotan-
19. nis celebrandi fuerunt. Cum - XIV, 5.
vix Ægypti fines tranſiiſſent,
Iſraëlitarum diſceſſum ægre fe-
20. rens eos cum copiis ſuis perſe-
21. qui decrevit Pharao. Angelus - - 20.
vero Domini in nube inter Iſ-
raëlitica & Ægyptia caſtra in-
terceſſit, ne alteri ad alteros pro-
22. pius accederent. Tandem ap- - - 21.
propinquarunt mari, quod di-
23. cebatur Rubrum, ubi cum Mo-
ſes manum virgam tenentem
24. in mare protendiſſet, diſcluſa
eſt aqua, & Iſraëlitæ, aqua mu-
rum illis dextra ſiniſtraque præ-
bente, ingreſſi ſunt per medi-
25. um mare in ſicco. Ægyptii e - - 23.
veſtigio inſequentes eos, ſe in
maris fundo procedere, igno-
26. rarunt. Deus interim de colu- - - 24.

mna ignis & nubis conspicatus agmen Ægyptiorum perturbavit, detractisque rotis curruum magno cum impetu jactavit.

Exod.XIV,25. Cum clamore Ægyptii conantes fugere dixerunt, Deum contra se pro Israëlitis propugna- 27.
- - 27. re. Interea cum Moses manum in mare protenderet, mare in suam vim rediit, & reflu- 28. 29. 30.
- - 28. ens æstus Pharaonem cum omni exercitu ita obruit, ut nec unus Ægyptius evaderet.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quoties Pharao animum suum obfirmavit?
2. Quid ei Deus prænuntiari jussit?
3. Quænam decima foret calamitas?
4. Quid Deus interea Israëlitas præmonuit?
5. Quid Deus verbis definivit?
6. Quid mactandum erat cuique patri familias?
7. Quo habitu & statu comederent?
8. Quo referrent sanguinem agni mactati?
9. Quid sanguis indicaret?
10. Quando calamitas illata est?
11. Quid Angelus percussor occidit?
12. Quid ortum est in Ægypto?
13. Quid Pharao jubet?
14. Quid Mosi & Aaroni dicit?
15. Quid igitur negotii fuit Ægyptiis?

16

16. Poposceruntne mutuo data?
17. Quot millia Israëlitarum fuerunt?
18. Quinam festi dies in memoriam exitus Judæis fuerunt celebrandi?
19. Quid ægre tulit Pharao?
20. Quid decrevit?
21. Quis Israëlitis præsidio fuit?
22. Cuinam mari appropinquarunt?
23. Quid Mosi cum virga?
24. Quid factum est?
25. Quid Ægyptii sunt ausi?
26. Quid Dominus in nube fecit?
27. Quid clamantes Ægyptii dixerunt?
28 Quo Moses protendit manum?
29. Quid accidit?
30. Quid factum est Pharaoni?

Sententiæ utiles.

I. Dominus Deus animos vel maxime furiosorum regum mitigare potest.

Rex Pharao initio contumaciter respondet: Quis est ille Dominus? Postremo submisse ita dicit: Ite, & colite Deum vestro arbitrio.

II. Recte, ut est in proverbio, dicitur:
Non habet eventus sordida præda bonos.

Ægyptii fregerant Israëlitas multo labore, demigrantibus vero omnia reddere sunt coacti.

III. Optimus in itinere comes est Angelus Domini.

Israëlitæ id ex Ægypto emigrantes experti sunt, cum inter eorum & Ægyptiorum castra Domini Angelus intercederet.

Piæ Meditationes.

Non domus Ægypti conspexit funera quæ quam,
Quæ Domini jussu sanguine sparsa fuit.
Agne Dei, Jesu, sanguis, quem vulnera stillant,
Disjicit a nobis cuncta pericla procul.
Christe, tuo tingam corpus mentemque cruore,
A me sic fugient mors stygiusque canis.

Historia XXIV.

de

Israëlitarum itinere per deserta in Chananæam.

Exod. Num. Deut.

Exod. XVI, 35. ISraëlitæ proficiscentes in Cha- 1.
nanæam quadraginta anno-
- XIII, 21. rum fecerunt iter. Tota via 2.
per deserta ipse Deus eos comi-
Sap. X, 17. tatus est; interdiu in columna 3.
nubis, noctu in columna ignis. 4.
Interdiu nubes erat instar tegu- 5.
menti, ne Israëlitæ ab æstu so-
lis exurerentur, & noctu præ- 6.
bebat ignis sidéream flammam.
Exod. XL, 36. Nube ad tabernaculum se de- 7.
mittente Israëlitæ castra facie-
bant, nubes autem quandocun- 8.
que sese a tabernaculo in altum
subvehebat, Israëlitæ castra sem-
per

9. per movere solebant. Non fuit,
quoad iter fecerunt, quod ali-
10. mentorum curam agerent. Ma- Ex. XVI, 14.
ne enim quovis die panis de
cœlo decidit, quem nomine
11. Man vel Manna vocarunt. Hic - - 31.
cœlestis cibus similitudinem
habebat seminis coriandri, albus,
gustu placentarum ex melle:
12. Quinimo vescentis appetentiæ Sap. XVI, 21.
subserviens ad cujusque volun-
13. tatem temperabatur. Quovis Ex. XVI, 22.
die ante solis ortum poterant
colligere Manna; septimo au-
tem die, quod Sabbatum erat,
14. nihil ruri inventum est. Aqua - XVII, 6.
deficiente Moses virga sua pe-
tram cum percuteret, ex ea ma-
navit aqua ad totius populi po-
15. tionem. Quinquaginta quo-
que annos nulla eos vestimen-
torum cura distrinxit: Neque Neh. IX, 21.
enim vestimenta eorum obso-
leverunt, neque pedum calcea-
16. menta inveterata sunt. Nihilo Es. LXIII, 10.
tamen minus Israëlitæ sæpius
in Deum fuerunt contumaces.
17. Manna aliquando comedere Num. XXI, 5.

noluerunt, dixeruntque se pa-
Num. XXI, 6. nem tam vilem fastidire: Quare 18.
Deus immisit in populum pre-
- XVI, 31. steres serpentes. Alio tempore 19.
conjuravit contra Mosem Co-
ræ caterva: Tum dehiscens tel- 20.
lus totam factionem absorpsit.
- XIII, 34. Cum reversi exploratores nar- 21.
- XIV, 4. rarent, in Chananæa habitare
gigantes ingentes, universa 22.
multitudo fremere & expostu-
- - 28. lare cœpit, voluitque in Ægy-
ptum reverti. At Deus ad iram 23.
commotus, juravit se effectu-
rum, ut adultiores, qui exissent
ex Ægypto, omnes mortem in
desertis obirent, eorumque tan-
tum liberi in terram promis-
sam pervenirent. Accidit quo- 24.
- XXXII, 13. que, quod minatus erat Deus,
ut progressu temporis omnes
in itinere quadraginta anno-
Deut. XXXIV, rum extinguerentur. Neque 25.
1. Mosi neque Aaroni in Chana-
næam, quod in Deum pecca-
Num. XX, 24. verant, licuit intrare. Præter 26.
- XIV, 30. duos homines Josuam & Cale-
bum senum ingressus est nemo.

Se-

27. Seniores autem erant numero Exod. XII, 37.
28. sexcentena millia virorum, liberi vero potissimum in deser- Num. XXVI, 51.
tis geniti fuerunt item circiter
29. sexcentena millia. Mosi ante Deut. XXXIV, 1.
obitum Chananæam ex alto
30. monte ostendit DEus, ibique
Moses mortuus a Deo sepultus - - 6.
est, neque quisquam hominum
hactenus ejus sepulchrum sci-
31. vit. In Mosis locum successit - - 9.
Josua, quo duce & Israëlitæ in
terram promissam pervene-
32. runt, quam vi ferroque vice-
runt: Deus enim disertis præ- - VII, 1.
ceperat verbis, ut omnes Cha-
nanææ incolas conciderent.
33. Jordanem cum trajicerent, su- Jos. III, 15.
34. perne restitit defluens aqua, sa-
cerdotes cum tubis clangerent, - VI, 20.
turres atque mœnia Hierichun-
35. tis collabi cœperunt. Et cum - X, 12.
Josuam prœlium committen-
tem deficeret tempus, sol apud
36. Gabaonem restitit. Tandem - XIV, 2.
regio sorte duodecim tribubus
Israëlitarum est dispertita.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quot annorum iter fecerunt Israëlitæ?
2. Quisnam eos comitatus est?
3. Ubi Deus fuit interdiu?
4. Ubinam fuit noctu?
5. Fuitne columna nubis Israëlitis usui?
6. Inserviitne ignis columna Israëlitarum commodis?
7. Quando Israëlitæ castra faciebant?
8. Quando autem castra movebant?
9. Unde sumpserunt alimenta?
10. Quo nomine panem cœlestem vocarunt?
11. Cujus rei similitudinem habebat illud Manna?
12. Cujusnam appetentiæ subserviebat?
13. Quo die poterant Manna colligere?
14. Unde habuerunt potum?
15. Quis adeo multa vestimenta præbuit?
16. Reveritine sunt Israëlitæ in desertis Deum?
17. Cur Manna comedere aliquando noluerunt?
18. Qua pœna a Deo sunt affecti?
19. Quid Coræ caterva fecit?
20. Quemadmodum eis seditio cessit?
21. Quid exploratores narrarunt?
22. Quid populus hoc audito agere cœpit?
23. Quid tum Deus juravit?
24. Num, quod minatus erat Deus, accidit?
25. Licuitne Mosi & Aaroni intrare in Chananæam?
26. Nemone senum eam ingressus est?
27. Quot millia erant seniorum ex Ægypto egressorum?
28. Quot erant liberorum in desertis genitorum?

29.

29, Quid Moses brevi ante obitum vidit?
30. Quis eum in monte mortuum sepelivit?
31. Quis in Mosis locum successit?
32. Quomodo Josua terram promissam occupavit?
33. Quid eis Jordanem trajicientibus accidit?
34. Quid mœnibus Hierichuntis contigit?
35. Quid memoria dignum nosti de sole apud Gabaonem?
36. Qua ratione dispertita est regio?

Sententiæ utiles.

I. Deus, quo minus Israëlitæ die Sabbati Manna colligerent, prohibuit.

Ecquid Deo placeat, cum Christianorum sacris addicti die dominica ita comissantur, ut a coquis vix satis asi atque elixi possit parari?

II. Israëlitæ perfecerunt iter quadraginta annorum, antequam in terram promissam immigrarent.

Deserta significant nobis regnum gratiæ, quod est hujus seculi; terra vero promissa regnum gloriæ, quod est futuri seculi.

III. Moses Israëlitas per deserta duxit, in terram promissam introduxit Josua.

Josuæ nomen perinde est atque Jesu. Itaque non lege Mosis, sed Jesu Evangelio, in cœlum deduci nos, significatum est.

Piæ Meditationes.

Judæi Dominum loca per deserta sequuntur,
Queis datus est potus, Mannaque dulce, cibus.
Sic gens Christicolis felicior esse videtur:
Haud bolus nobis absque labore venit.
Quo rapior? certe meliori sorte beamur,
Queis Christi est sanguis potus, & esca caro. Hi-

Historia XXV.

de

Decem sanctæ legis præceptis.

Exod. XIX. XX. XXI. Cap.

Exod. XIX, 10. ISraëlitis in desertis peregri- 1.
nantibus Dominus Deus decem sanctæ legis præcepta dedit. Tribus diebus ante lu- 2.
- - 16. stravit se populus jussu Dei, & vestimenta sua perluit. Die autem tertio mane Dominus in 3.
igne descendit in montem, ex- 4.
- - 18. titeruntque fragores & fulgura, nec non tubæ sonitus vehementissimus. In montis cacu- 5.
- - 17. mine densa nubes apparuit, totusque mons fumavit, & magnopere contremuit. Moses 6.
- - 21. tum obviam Deo e castris Israëlitas eduxit ad montis radices. Non autem eis licebat 7.
- - 23. visendi gratia propius ad Deum accedere, sed consistendum erat ad montis radices. Quid? 8.
quod Moses mandante id Deo, certos terminos, ne quis montem

9. tem conscenderet, statuit. Deus Exod. XIX, 24.
enim diserte dixerat, se ascen-
dentes esse profligaturum. Po- - XX, 1.
10. stea Deus suo populo sanctæ le-
gis præcepta dedit, & omnia
ad hunc modum effatus est:
11. Ego sum Jova Deus tuus: Deos - - 3.
alienos nullos præter me habe-
12. to. Jovæ Dei tui nomen ina- - - 7.
niter ne adhibeto; neque enim
sinet impunitum Jova, qui ejus
13. nomen inaniter adhibuerit. Di- - - 8.
em Sabbati sancte agere me-
14. mento. Parentem utrumque - - - 12.
honorato, ut diu ætatem pro-
ducas in terra, quam tibi Jova
15. Deus tuus donat. Ne homi- - - 13.
16. nem occidito. Ne adulterato. - - 15.
17. Ne furator. Falsum testimoni- - - 16.
18. um contra alterum ne dicito.
19. Alterius domum ne concupi- - - - 17.
20. scito. Alterius uxorem ne con- - - 17.
cupiscito, neve servum, aut an-
cillam, nihil denique, quod sit
21. alterius. Quibus verbis a Deo - - 18.
dictis Moses in mediam nubem
intravit, fuitque in eo monte - XXIV, 18.
dies quadraginta, & totidem
no-

Exod. XXXI, noctes. Mosi descendenti Deus 22.
18. tradidit duas tabulas oraculi la- 23.
pideas, in quibus decem sanctæ
legis præcepta legebantur, di- 24.
- XXXII, 1. vino digito inscripta. Interea
populus atrox commiserat pec- 25.
catum. Mose enim diu non re-
vertente, populus Aaronem
convenit flagitans, ut sibi præi- 26.
- - 2. turos faceret deos. Aaron di- 27.
cto populi audiens ex inauri-
bus aureis, quas eorum uxores
& liberi in auribus habuerunt,
- - 4. vitulum conflavit. Deo sic pa- 28.
rato de eo illi ita prædicare:
Hi sunt dii tui, Israëlita, qui te
- - 5. ex Ægypto eduxerunt. Dein- 29.
de festum celebrarunt diem, &
cum discumbentes cibum po-
tionemque cepissent, sese ad lu- 30.
- - 9. dendum erexerunt. Dominus
Deus hæc omnia videns in mon- 31.
te, ita dixit Mosi: Video popu-
lum hunc esse duræ cervicis;
- XXXII, 10. quare sine me in eos irasci, ut
eos conficiam, & te in magnam
gentem propagem. At Moses 32.
- - 11. Jovam Deum suum deprecans
tan-

tantum apud eum quidem valuit, ut is supplicium, quod de populo suo sumere statuerat,
33. revocaret; sed etiam, cum meæ Exod. XXXII,
ultionis, inquit, dies venerit, 36.
flagitium in autores vindicabo.
34. Moses de monte descendens
voce cantantium audita perci-
tus tabulas de manu abjicit, eas- - - 19.
que sub radice montis perfrin-
35. git. Deinde vitulum, quem illi - - 20.
fecerant, corripit, & eum igni
exustum in pulverem contun-
dit, eoque pulvere conspergit
aquam, & eam Israëlitas bibere
36. cogit. Fractarum tabularum - XXXIV, 1.
loco incidit Moses duas novas
37. prioribus similes, in quibus De- - - 28.
us eadem verba, quæ fuerant in
prioribus, divino digito scripsit;
38. a quo tempore Mosis facies ra- - - 29.
diabat ex divino colloquio diu-
39. tino. Cum in Israëlitarum con- - - 33.
cione verba essent facienda, ve-
40. lamen faciei suæ obtendit; cum - - 34.
autem in Jovæ conspectum ad
colloquium veniret, velamen
usque ad abitum detraxit.

Per-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0127
DFG

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid in desertis accidit?
2. Quonam modo pararunt se ad festum diem celebrandum?
3. Quid tertio die contigit?
4. Quid tum extitit?
5. Quid in montis cacumine apparuit?
6. Ubinam fuerunt Israëlitæ?
7. Licebatne propius ad montem accedere?
8. Quid ad montis radices statuit Moses?
9. Cur id Moses fecit?
10. Quidnam deinde Deus populo dedit?
11. Quodnam est primum legis præceptum?
12. Quodnam secundum?
13. Quod tertium?
14. Quod quartum?
15. Quod quintum?
16. Quod sextum?
17. Quod septimum?
18. Quod octavum?
19. Quod nonum?
20. Quodnam est decimum?
21. Quot dies Moses in monte moratus est?
22. Quid Deus Mosi descendenti tradidit?
23. Quid legebatur in utraque tabula?
24. Quid interea populus commiserat?
25. Quid ab Aarone flagitavit populus?
26. Quodnam simulacrum Aaron eis confecit?
27. Unde illud conflavit?
28. Quid Israëlitæ prædicarunt de eo?
29. Festumne diem celebrarunt?

30.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0128
DFG

30. Numquid Deus vidit?
31. Quid Deus Mosi dixit?
32. Quid Moses respondit?
33. Quid se facturum Deus dixit?
34 Quid Mosi de monte descendenti cum tabulis?
35. Quid vitulo aureo facit?
36. Unde comparatæ sunt aliæ tabulæ?
37. Quis in eis iterum præcepta scripsit?
38. Quænam facies Mosi redeunti ex divino colloquio fuit?
39. Quando velamen faciei suæ obtendit?
40. Quando vero velamen detraxit?

Sententiæ utiles.

I. Israëlitæ verum Deum in monte Sina viderant audiverantque, nihilominus tamen brevi post aureum vitulum pro Deo coluerunt.

Unde, quam varius & instabilis hominis sit animus, apparet.

II. Deus iratus populum evertere secum statuerat, Mose autem pro eo intercedente, Dominus avertit malum.

Intercessionem ergo apud Deum sæpe arcere ingruentes calamitates, intelligimus; quare sacerdotalis intercessio, quæ sit ex umbone, non ita parvi facienda est.

III. Deus dixit se, cum dies ultionis venerint, flagitium in autores vindicaturum esse.

Peccata igitur Deus non semper, quo temporis momento committuntur, punit, sed ut proverbium habet: Lento sæpe gradu ad vindictam sui divina procedit ira, Val. Max. L. I. c. 1. n. 3.

Piæ Meditationes.

Lex promulgatur Domini, cum fulgura certant,
Quid caussæ subsit, noscere quisque potest.
Illi terrentur, qui legem tollere tentant,
Ignis eos, fumus, fulmina dira manent.
Isthoc perpendam, quoties micat ignibus æther,
Et quovis recolam tempore jussa Dei.

Historia XXVI.

de

Samsone.

Jud. XIII. XIV. XV. XVI. Cap.

Jud. XVI, 15. SAmson viribus fuit non vul- 1.
garibus, quibus, quoad aluit 2.
- XIV, 1. capillos, usus est. Hic amavit 3.
- - 3. mulierem quandam Palæsti- 4.
nam invitis parentibus. Profi- 5.
- - 6. ciscens occurrit leoni, quem di- 6.
scerpsit perinde, acsi hædum
- - 8. discerperet. Aliquanto post re- 7.
vertens animadvertit in ejus
corpore examen apum cum
- - 9. melle. Mellis partem secum 8.
abstulit, nec tamen indicavit,
- - 12. unde id sumsisset. Cum nuptiæ 9.
essent, Samson convivis æni-
gma proposuit, quod intra se-
ptem convivii dies perveſtiga-
tum

10. tum explicarent, promittens, ſi Jud. XIV, 12.
ſententiam inveniſſent, triginta
lintea, totidemque veſtes ele-
11. gantes ſe eis daturum. Sin ve- - - 13.
ro explicare nequirent, poſtu-
lavit ſibi a Palæſtinis triginta
lintea, totidemque veſtes ele-
12. gantes dari. Ænigma autem - - 14.
hunc in modum enarravit: Ex
edace cibus, ex feroci exiit dul-
13. cedo. Hoc ænigma cum illi - - 15.
14. aperire non poſſent, in ſuas par- - - 16.
tes traxerunt Samſonis uxo-
15. rem, quæ non quievit, donec a
viro ſuo ænigmatis ſententiam
eblandiretur, & Palæſtinis in- - - 18.
16. dicaret. Die ſeptimo oppidani
ſic dicunt: Quid melle dulcius,
17. & quid leone ferocius? Et ille:
Niſi vitula mea, inquit, aravis- - - 18.
ſetis, meum ænigma non per-
18. veſtigaſſetis. Deinde deſcendit, - - 19.
cæſisque triginta hominibus eo-
rum veſtes ænigmatis interpre-
19. tibus dedit. Cum vero poſtea - - 20.
Samſon uxorem vellet domum
deducere, ea nupſerat familiari.
20. Tum Samſon diſcedit, captis- - XV, 4.

que trecentis vulpibus, & ea- 21.
Jud. XV, 5. rum caudis inter se obversis 22.
singulas faces binis caudis in- 23.
terponit, iisque incensis, vul- 24.
pes in Palæstinorum segetes la-
xat. Hoc facinore graviter
- - 6. commoti Samsonis uxorem,
ejusque patrem igni combu-
- - 12. runt. Accidit tandem, ut is 25.
colligatus hostibus suis dedere-
- - 14. tur; at Samson vincula disru- 26.
- - 15. pit, & maxilla asini prostravit 27.
- XVI, 2. mille Palæstinos. Alio autem 28.
tempore Palæstini Gazam, ubi
Samson cum meretrice erat,
- - 3. præsidiis cinxerunt: Ille vero 29.
surgit de media nocte, & portæ
urbis fores prehendit, avellit,
& exportat in cujusdam mon-
- - 4. tis cacumen. Denique Samson 30.
mulierem quandam amavit no-
- - 5. mine Dalilam, quam Palæstini 31.
pecunia corrumpunt, ut sibi, in
quo posita sit tanta ejus fortitu-
- - do, indicaret. Samson eam 32.
- - 7. quidem technis ter fefellit. Pri- 33.
mum enim se septem vimini-
- - 9. bus constringi passus est; quo 34.
facto

facto ſic Dalila ei dixit: Imminent tibi Palæſtini, Samſon.
35. Tum ille vitilia tam facile abrupit, quam facile ſtupea & igne
36. afflata vitta rumpatur. Deinde Jud. XVI, 11.
novis funibus colligari ſe per-
37. miſit, ubi illa iterum ei inſtare - - 12.
38. Palæſtinos dicit; at ipſe funes a
brachiis perinde ac filum abru-
39. pit. Poſtea Dalila ejus cincin- - - 13.
nos clavo fixit in pariete, eique
40. dixit: Ingruunt tibi Palæſtini, - - 14.
41. Samſon; at ille clavum cum
cincinnis ex pariete revulſit.
42. Mulieris tandem efflagitationi- - - 17.
bus ille eo adductus eſt, ut ei
aperiret, ſi caput ſibi tonderetur, abituras a ſe eſſe vires. Tum - - 18.
Dalila mittit evocatum Palæſtinos, ut Samſoni inſidias ſtruerent. Illa ei in genibus ſuis - - 19.
conſopito detondi de ejus ca-
45. pite cincinnos curavit. Is ſo- - - 20.
mno experrectus ſenſit, Deum
46. a ſe diſceſſiſſe. Hinc Palæſtini - - 21.
eum vicerunt viribus, eique o-
47. culos effoderunt, & duabus
vinctum catenis in ergaſtulum - - 21.

Jud. XVI, 22. ad molendum detruserunt. In- 48.
terea renascente post tonsu-
ram cæsarie vires quoque ei
- - 23. sunt restitutæ. Cum igitur Pa- 49.
læstini ad ingens sacrificium
Dagoni faciendum convenis-
sent, eis Samson fuit spectaculo
- - 26. & ludibrio. Domus autem, in 50.
qua tria hominum millia con-
- - 27. gregata erant, columnis incum- 51.
- - 29. bebat eisque innitebatur; qua- 52.
rum duas medianas Samson
amplexus manibus diruit ædes.
- - 30. Accidit igitur, ut Samson una 53.
hostibus suis eodem tempore
extingueretur.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quis homo fuit Samson?
2. Quoad usus est corporis viribus?
3. Quamnam Samson amavit mulierem?
4. Factumne est hoc consentientibus parentibus?
5. Cuinam occurrit Samson?
6. Quid leoni fecit?
7. Quid aliquando animadvertit in leonis cadavere?
8. Quo retulit mel?
9. Quid Samson convivis nuptialibus proposuit?
10. Quid promisit Palæstinis, si sententiam ænigmatis inveniissent?

11. Quid ſibi dari poſtulavit, ſi explicare nequirent?
12. Quibus verbis enarravit ænigma?
13. Poterantne ænigma aperire Palæſtini?
14. Quo conſilio rem explorare ſunt conati?
15. Quid nova nupta fecit?
16. Quibus verbis Palæſtini ænigma ſolvunt?
17. Quid igitur Samſon ait?
18. Unde accepit elegantiores veſtes?
19. Quid interim egerat uxor?
20. Quodnam vindictæ genus excogitat Samſon?
21. Quid ipſi fuit cum vulpibus?
22. Quid caudis interponit?
23. Quo vulpes laxat?
24. Quid igitur uxori Samſonis accidit?
25. Quid porro Samſoni factum eſt?
26. Tenerine potuit Samſon vinculis?
27. Quomodo injuriam ultus eſt Samſon?
28. Quid expertus eſt Samſon in urbe Gaza?
29. Quid facit ille media nocte?
30. Quamnam poſtea amavit mulierem?
31. Quamobrem corrumpunt pecunia mulierem?
32. Aperuitne ei animum Samſon?
33. Quo pacto eam primum decepit?
34. Quid Dalila ei dicit?
35. Quonam modo ſe vitilibus exſolvit?
36. Quemadmodum deinde Palæſtinos decepit?
37. Quid Dalila ait?
38. Quid vinctus fecit Samſon?
39. Quomodo eos poſtea fefellit?
40. Quid dixit Dalila?
41. Quid Samſon, cincinnis ejus in pariete clavo fixis, fecit?

42. Acquievitne Dalila tandem?
43. Quosnam advocari jubet?
44. Quid Samsoni consopito fecit?
45. Quid Samson somno experrectus sensit?
46. Quid Palæstini ei fecerant?
47. Quonam eum detruserunt?
48. Restitutæne sunt Samsoni vires?
49. Quidnam eis cum Samsone est, dum faciunt sacrificium?
50. Quomodo constructa erat domus?
51. Quot millia hominum erant in domo congregata?
52. Quid facit Samson amplexus columnas?
53. Quis festorum dierum fuit eventus?

Sententiæ utiles.

I. Liberis non licet invitis parentibus contrahere matrimonium.

Fecit hoc Samson, sed ei male cessit.

II. Mulieribus non tuto committuntur res arcanæ.

Samsoni fuit maximo malo, cum ænigma uxori aperiret, & quemadmodum possit ipse infirmari, indicaret.

III. Siracides recte dixit: Vinum & mulieres depravare prudentes. Sir. XIX, 2.

Verum hoc esse, Samson expertus est, quem Dalila blandiendo viribus, oculis & tandem vita privavit.

Piæ Meditationes.

Ostendit Samson, quid prosit cæca libido,
Quam miseros reddat fallere docta Venus.

Vi-

Viribus orbatur, delentur lumina capti,
Cumque Palæſtinis denique mole perit.
Samſonis exemplum multati mente recondens,
Hoſtis ceu Satanæ turpis amoris ero.

Hiſtoria XXVII.

de

Samuele.

1. Sam. I. II. & III. Cap.

1. ELcana duas habuit uxores, I. Sam. I, 1.
alteram nomine Annam, alteram Phenennam. Phenenna - - 2.
2. liberos habuit, Anna non ha-
3. buit; quare hanc illa inſectata - - 6.
eſt atque irritavit, & cum ceteri - - 7.
in templum Jovæ proficiſcen-
4. tes lætarentur, Anna flevit. El- - - 9.
cana quidem ejus maritus animum ei additurus, ex ea ita
quæſivit: Annon ego tibi ſum
vel decies filiis potior? Sed mœ- - - 11.
ſtitia ex ejus animo non pulſa
5. eſt, igitur votum fecit, ſi Deus
ſibi virilem ſobolem dediſſet,
6. eandem ſe Deo dedituram. Elis - I, 10.
autem pontifex ſedens ad templi poſtes obſervavit Annam
7. precantem. Ille vero videns - - 13.

eam neque labra movere, neque vocem edere, eam temulentam ratus est, &: Quousque, 8.
1. Sam. I, 14. inquit, ebria eris? Exhala vi-
- - 15. num. At illa: Pace tua, inquit, 9.
mulier sum ægro animo & animi mei affectionem apud Deum effudi. Tum Elis: Abi, in- 10.
- - 17. quit, cum bona pace: Deus Israëlitarum tibi det, quæ ab eo
- - 20. flagitasti. Postea Anna edidit 11.
filium, eumque Samuelem no-
- - 24. minavit. Puerum ablatum ube- 12.
ribus mater ad pontificem du-
- II, 1. xit, eique illum commisit; & 13.
DEum, quod precibus suis an-
- - 11. nuisset, supplex publice laudavit. Adultiore ætate Samuel 14.
- - 19. factus est administer Jovæ; cui 15.
mater factam a se brevem prætextam quotannis afferebat, cum ad anniversarium sacrificium proficisceretur. Samuelis 16.
autem sors ea in domo non fuit
- - 12. optima. Eli enim filii fuerunt 17.
nequissimi, qui Samuelis animum & mores facile potuis-
- - 17. sent corrumpere. Namque il- 18.
lorum

lorum cauſſa Jovæ fertum ma-
19. le apud homines audiebat; fu- 1. Sam. II, 13.
ſcina enim tridentem ferente
carnem ex ollis extractam ipſi
20. comedebant; & ſi quis eos pro- - - 16.
hiberet, per vim eripuerunt
21. adipem. Quinimo cum mulie- - - 22.
ribus, quæ pro oraculi taberna-
culo excubabant, conſuetudi-
22. nem habuerunt. Interea Sa- - - 26.
muel flagitiorum iſtorum ſo-
cietatem fugiens, cum Deo, tum
23. hominibus fuit acceptus. Sa- - III, 20.
muel iſte demum extitit ma-
gnus Domini vates.

Perſpicuæ Quæſtiones.

1. Quasnam Elcana habuit uxores?
2. Habueruntne utræque liberos?
3. Quid propterea accidit Annæ?
4. Quid Elcana animum ei additurus dixit?
5. Quodnam Anna fecit votum?
6. Quid contigit pontifici Eli?
7. Quid ratus eſt Elis?
8. Quid ait pontifex Elis Annæ?
9. Quid reſpondet Anna?
10. Quanam fauſta precatione eam a ſe pontifex dimiſit?
11. Quid peperit Anna?

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0139
DFG

12. Quo duxit puerum?
13. Laudavitne propterea Deum?
14. Quid evasit ille Samuel?
15. Quid mater ei quotannis afferebat?
16. Quænam sors atque conditio Samuelis erat in domo Pontificis?
17. Cur sors ejus non optima illic fuit?
18. Quid illorum filiorum caussa fiebat?
19. Quid flagitii committebant?
20. Prohibueruntne id homines?
21. Quid præterea mali fecerunt?
22. An Samuel parvulus se corrumpi passus est?
23. Qualisnam tandem homo extitit ille Samuel?

Sententiæ utiles.

I. De aliis male suspicari non licet, cum nihil certi sciatur.

In eo peccatum est a pontifice Eli, qui Annam Deo supplicantem pro temulenta muliere habuit.

II. Si quando fecimus votum Deo, illud quoque solvendum est.

Voti memor Anna in templum Domini filium suum adduxit, quemadmodum sese voto obstrinxerat.

III. De pravis hominibus exempla capere nefas est.

Intelligens id Samuel exemplo filiorum Elis deterior factus non est.

Piæ Meditationes.

Elis quos habuit, nati vixere proterve,
Et parvus Samuel tum scelus omne videt.

Sed

Sed Dominum reverens pravorum crimina vitat,
Illos permittit vivere more suo.
Sic ero cum sanctis fugiens consortia prava,
Atque mei ex votis usque parentis agam.

HISTORIA XXVIII.

de

Pontifice Eli.

1. Sam. II. & III. Cap.

1. DEo cum admodum displice- 1. Sam. II, 17.
ret, Elim natos suos non se-
verius castigare; ad eum misit
2. vatem, ei familiæ interitum - - 27.
3. nuntiatum; qui inprimis his - - 30.
Dei verbis est usus: Qui me in
pretio habent, eos ego in pre-
tio habebo, & qui me conte-
mnunt, mihi despectui erunt. - III, 13.
4. Deinde etiam Deus Samueli a-
peruit, se Elis familiam extin-
5. cturum. Deus enim Samue- - - 4.
lem cubantem in templo voca-
6. vit: Samuel! Puer existimans - - 5.
se a pontifice Eli esse vocatum,
eum adiit, & adsum, inquit, vo-
7. catus a te. Elis vero: Non vo-
8. cavi, inquit, redi cubitum. A - - 6.

Jova

Jova iterum vocatus Samuel ad
Elim rediens: Adsum, inquit, 9.
nam tu me vocasti. At ille: 10.
Non vocavi, fili, redi cubitum.
1. Sam. III, 8. Igitur a Jova tertium vocatus 11.
surgit, Elimque adit, & se voca- 12.
- - 8. tu illius adesse dicit. Tum Elis 13.
intelligens, a Jova puerum vo-
cari, Samuelem sic alloquitur:
I cubitum, quodsi te vocave- 14.
rit, dicito: Loquere, Jova: Nam
- - 10. ego tuus audio. Quod cum 15.
Samuel faceret, ei Deus, se ge-
nus Elis deleturum esse, indi-
- - 15. cavit, quod, cum filios suos ne- 16.
quiter se gerere non ignoraret,
eos tarnen non coërcuerit. Ma- 17.
ne cum Elis sciscitaretur ex pue-
ro, quid ei dixisset Deus? ora- 18.
culum patefacere reformidavit
Samuel. At Elis: Noli, inquit, 19.
- - 17. me celare: Sic DEum habeas
propitium, ut mihi nihil cela-
- - 18. bis. Tum Samuel ei rem o- 20.
mnem sine ulla dissimulatione
patefecit. Et ille: Jova est, in- 21.
quit, quod ei videbitur, faciet.
- IV, 1, Paulo post Israëlitæ copias suas 22.
cum

cum in expeditionem adversus
23. Palæstinos educerent, filii Elis 1. Sam. IV, 4.
comitantes exercitum fœderis
24. arcam secum tulerunt. Elis se- - - 13.
25. nex sedens propter viam spe-
culabatur avidus audiendi, qua
26. fortuna pugnatum sit. Tum - - 12.
advolavit nuntius, narravitque,
Israelitas esse fugatos, filios Elis - - 17.
ambos occubuisse, arcamque
27. fœderis captam esse. Quo nun- - - 18.
tio territus Elis de sella in dor-
sum delapsus apud portam fra-
28. cta cervice mortuus est; cum - - 15.
esset annorum nonaginta octo,
homo & senex & gravis.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid, quod Deo displiceret, Elis pontifex fecit?
2. Quidnam ei Deus per vatem nuntiavit?
3. Quibus verbis Dei nomine usus est vates?
4. Quid Deus Samueli puero aperuit?
5. Quomodo Deus eum primum vocavit?
6. Quemnam ille adiit?
7. Quid Elis respondit?
8. Quo nomine Deus eum deinde vocavit?
9. Quid puer facit?
10. Quid ait Elis?
11. Qui postea Deus eum vocavit?

12. Puer quid statuit?
13. Quid intelligit Elis?
14. Quid puero præcipit?
15. Quid Deus puero indicavit?
16. Cur Deus voluit genus Elis delere?
17. Quid mane Elis ex puero sciscitabatur?
18. Quid Samuel respondit?
19. Quibusnam duris verbis usus est Elis?
20. Quid igitur Samuel patefacit?
21. Quid Elis pœna indicta pronuntiavit?
22. Adversus quos Israëlitæ copias in expeditionem eduxerunt?
23. Quis comitatus est exercitum?
24. Quid secum tulerunt in castra?
25. Quid interea agebat Elis?
26. Quid narravit nuntius?
27. Quid accidit Eli?
28. Quot annorum erat Elis, cum fracta cervice moreretur?

Sententiæ utiles.

I. Parentes gravi pœna afficiuntur, cum quid in liberorum educatione peccant.

Pontifex Elis hoc expertus est, qui, cum natos committere scelera non esset nescius, nec tamen eos coërceret, ætate decrepita fracta cervice exspiravit.

II. Regno, in quo improbitas hominum eo processit, ut & sacerdotum vita flagitiis sit inquinata, pœnæ certo divinæ imminent.

Ita cum filii Elis ferta Domini populo redderent exosa, & scortis delectarentur, bellum conflatum est. *III.*

III. Externus Dei cultus non sufficit, sed Deus ex interno animi affectu vult coli.

Fœderis arca fuit insigne Israëlitarum sanctuarium; cum vero ab impiis ferretur, tradidit eam Deus in Palæstinorum manus.

Piæ Meditationes.

Elis permittit natos peccare malignos:
Ira patri nulla est, contegit omne scelus.
Quod tamen esse Deus summus non sivit inultum,
Multavit totum cum patre morte genus.
Qui correxistis me, vos nunc laudo parentes,
Vos Deus ornabit, dum coluistis eum.

HISTORIA XXIX.

de

Saulo rege.

1. Sam. IX. X. XV. XVI. XIX. XXVIII. XXXI.

1. SAulus vestigavit asinas patris 1. Sam. IX, 4.
sui perditas, quas cum inve-
2. nire non posset, adiit vatem Sa- - - 6.
muelem rogans, ut rectam sibi
3. viam ostenderet. Samuel vero - X, 1.
sumta olei ampulla caput Sauli
perfudit, eumque unxit Israëli-
4. tarum ducem. A vate Saulus - - 6.
discendes a Deo aliam accepit
mentem, & in alium hominem

I mu-

1. Sam. X, 10. mutatus est. In via ipse divini- 5.
- - 12. tus afflatus vaticinari cœpit; id 6.
quod abiit in hocce proverbi-
- - 22. um: An & Saulus inter vates?
Cum postea multitudo eum 7.
creatum regem confluxisset, a-
- - 24. pud impedimenta latuit. Ac- 8.
cersitus tandem ceteros omnes
- XV, 3. humeris supereminuit. Eidem 9.
Saulo aliquando præceperat
Deus, ut Amalechitas eorum-
- - 9. que bestias interficeret; sed Sau- 10.
lus mandati divini contemtor
& regi Agago, & optimis ovi-
- - 11. bus atque agnis pepercit. Tunc 11.
Deus dixit, se pœnitere Sauli
- - 23. creati regis; eumque Dei no- 12.
mine Samuel vates sic allocu-
tus est: Quoniam tu Jovæ man-
datum repudiasti, ipse te vicis-
- - 21. sim regno privabit. Saulus qui- 13.
dem caussam interserebat, vo-
luisse se pecora Jovæ Deo suo
- - 22. sacrificare; Deus vero per va- 14.
tem respondit: Obedientiam
- XVI, 14. meliorem esse sacrificio. Dein- 15.
ceps a malo spiritu, autore Deo,
- - 23. vexabatur; cum vero David 16.
cor-

correptam citharam manu pulsaret, facessivit ab eo malus ille
17. spiritus. Hunc Davidem, qui I. Sam. XVI,
erat statura humili, Deus per 13.
vatem Samuelem regem Sauli
18. loco unxit; quem quidem Sau- - XIX, 1.
lus libenter occidisset, sed ei e-
19. rat præsidio Deus. Extremo - XXVIII, 4.
tempore Palæstini cum coiis-
20. sent pugnatum cum Saulo, hic - - 6.
quidem Jovæ oraculum, quis
foret belli eventus, consuluit;
21. sed DEus ei non respondit.
22. Tum Saulus convenit mulie- - - 7.
23. rem Phœbo præditam; quæ in- - - 12.
cantatione sua spectrum, quod
speciem Samuelis defuncti ha-
24. bebat, produxit. Dæmon ad- - - 15.
ductus Saulum sic est allocu-
tus: Cur me inquietas? Cui Sau-
25. lus: Deus me deseruit, hanc ob - - 16.
caussam accivi te, quo mihi,
quid faciendum sit, ostendas.
26. Samuel porro dixit, Deum Is- - - 19.
raëlitas traditurum esse in Pa-
27. læstinorum potestatem; re- - - 19.
gemque Samuel ita est allocu-
tus: Cras tu tuique filii eritis

1. Sam. XXXI, una mecum. Postero die Israë- 28.
1. litæ sunt profligati, & tres filii 29.
- - 2. regis ceciderunt in prœlio, quo 30.
- - 4. facto rex armigero suo imperat, ut se stricto ense transadi-
- - 4. gat. Recusante autem præ ter- 31.
rore armigero, gladium ipse 32.
- - 9. cepit, eique incubuit. Caput e- 33.
jus abscissum Palæstini in omnes regionis partes miserunt;
- - 10. corpus vero in muris Bethsanis 34.
suspenderunt.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Saulus quid vestigavit?
2. Quemnam adiit?
3. Samuel vero quid ei fecit?
4. Qui mutatus est Saulus?
5. Quid in via Saulo accidit?
6. Abiitne hoc in proverbium?
7. Ubinam latuit rex creandus?
8. Qui poterat novus rex cognosci?
9. Quid Deus Saulo præceperat?
10. Obsecutusne est Saulus?
11. Placuitne hoc Deo?
12. Quibus verbis eum Dei nomine vates alloquitur?
13. Quam caussam Saulus interserebat?
14. Quid vero Samuel respondit?
15. Quid deinde accidit regi?

16.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0148
DFG

16. Annon poterat abigi iſte ſpiritus?
17. Quid vati cum Davide viro ſtatura humili fuit?
18. Poteratne Saulus novum iſthunc regem perferre?
19. Quodnam poſtea conflatum eſt bellum?
20. Quid Saulus Jovæ oraculum conſuluit?
21. Quid reſponſi ei eſt datum?
22. Unde tum petiit conſilium?
23. Quid incantatione productum eſt?
24. Quid dæmon Saulo dixit?
25. Quid Saulus dæmoni reſpondit?
26. Quid dæmon de belli eventu prænuntiavit?
27. Quid ominatus eſt dæmon Saulo?
28. Quid poſtero die factum eſt?
29. Quid Sauli filiis accidit?
30. Quid Saulus armigero imperat?
31. Quid facit armiger?
32. Qui mortem obiit Saulus?
33. Quo miſerunt ejus caput?
34. Quo retulerunt ejus corpus?

Sententiæ utiles.

I. Bona opera, quæ noſtro fingimus arbitrio, accepta Deo non ſunt.

Rex Saulus pecus internecioni deſtinatum non occidit, affirmans Domino id eſſe ſacrificandum. Quod vero Deus indigne tulit, eique nuntiari juſſit, ſacrificio eſſe meliorem obedientiam.

II. Ubi Spiritus Sanctus egreditur, ibi improbus dæmon ingreditur.

Simulac Spiritus Domini Saulum reliquiſ-

set, eum invasit malignus dæmon, qui eum inquietaret.

III. Dominus Deus homines non deserit nisi ab iis desertus.

Ita Deus regi Saulo annuntiari jussit hæc verba: Quoniam tu Jovæ mandatum repudiasti, ipse te vicissim regno privabit.

Piæ Meditationes.

Saul primum Domini lædit sacra jura supremi,
Perfidus & blandus, post truculentus erat.
Tandem consilium lamiæ putat esse sequendum,
Postremo rabidus concidit ense suo.
Si sunt peccati tot retia totque recessus,
Tutius est primum me fugitare scelus.

HISTORIA XXX.

de

Goliatho viro immani.

1. Sam. XVII. Cap.

1. Sam. XVII, 1. REgi Saulo Palæstini intulerunt bellum. Cum Israëlitæ 2. aciem adversus Palæstinos instruxissent, prodiit quidam im- 4. manis vir ex castris Palæstinorum nomine Goliathus, sex cu- 3. bitos & dodrantem longus; lo- 4. ricam indutus quinque mil- 7. lia siclorum pendentem; lan- 5. ceæ

ceæ ejus haſtile inſtar erat tex- 1. Sam. XVII,
6. torii jugi. Hic Goliathus il- 8.
ludens Iſraëlitis, poſtulavit, ut
aliquem ex ſuis copiis delige-
rent, qui ſecum deſcendat in
7. certamen. Ille ſi gigantem oc- - - 9.
cidiſſet, Palæſtinos eſſe ſervitu-
8. ros Iſraëlitis; ſin vero Golia-
thus illum interfeciſſet, Iſraëli- - - 11.
9. tas ſervituros Palæſtinis. Qui-
bus verbis auditis Saulus & u-
niverſi Iſraëlitæ non mediocri
10. terrore perculſi ſunt. Palæſti- - - 16.
nus per quadraginta dies elato
animo hæc proloqui perſevera-
11. vit. Tandem Saulus dixit: Si - - 25.
quis Goliathum occideret, ei ſe
daturum eſſe filiam ſuam nu-
12. ptum. Hæc audiens David ſta- - - 26.
tuit ſecum animo, certare cum
13. gigante. Quod cum ad regis - - 38.
aures perveniret, ejus capiti
impoſuit galeam, & eum lorica
14. induit. Sed David ingredi co- - - 39.
natus, negavit ſe cum illis poſſe
15. incedere. Depoſitis igitur illis - - 40.
armis pedum ſuum manu cor-
16. ripit & fundam; in pera vero

pastorali, quam habebat, silices
quinque læves ex flumine le-
1. Sam. XVII, ctos posuit. Davidem appro- 17.
43 pinquantem Goliathus sic con-
temsit: Num ego sum canis,
inquit, ut tu me baculo & lapi-
- - 45. dibus aggrediare? At David: 18.
Tu me gladio, hasta, lancea fre-
tus aggrederis, sed ego te ag-
gredior fretus nomine Jovæ
bellipotentis, DEi Israëlitico-
- - 49. rum agminum. Tum David 19.
immissa in peram manu, de-
promtum inde lapidem funda
jacit, & Palæstini frontem ita fe-
rit, ut ille pronus humi conci-
- - 51. deret. David accurrens corre- 20.
pto strictoque illius ense eum
amputato capite perimit. Pa- 21.
- - 52. læstini heroëm suum occubu-
isse videntes fugam capessunt,
& Israëlitis opimam relinqvunt
- XVIII, 7. prædam. Saulo e prœlio re- 22.
vertente mulieres ludentes ce-
cinerunt: Saulus mille, decem
- - 9. superavit millia David. Quam 23.
rem sane Saulus ægerrime mo-
lestissimeque tulit, atque eum
dein-

24. deinceps maligne intuitus est; nec Davidi Sauli filia tradita est, sed est alii in matrimonium da- 1. Sam. XVIII, 19.
25. ta. Sauli filium interim nomi- - - 1.
ne Jonathanem David sibi ma-
26. gno amore devinxit; filia & Sau- - - 20.
li altera Michol Davidem ama-
27. re cœpit. Saulus igitur jussit - - 25.
referri Davidi, regem nullam aliam dotem cupere, quam centum Palæstinorum præputia.
28. Cogitabat autem Saulus, Davi-
dem sic forte manibus Palæsti-
29. norum interemtum iri. Sed - - 27.
Palæstinos David suis cum militibus invadit, cæsisque illorum ducentis, eorum præputia reportat; quo facto Saulus ei filiam suam Micholem nuptum locavit.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quis Saulo intulit bellum?
2. Quis homo inter Palæstinos fuit?
3. Quot cubitos longus fuit vir ille?
4. Quot siclorum millia pependit ejus lorica?
5. Quantum lanceæ hastile erat?
6. Quomodo Israëlitis illusit gigas?
7. Quid futurum esse dixit gigas, si quis se occidisset?

8. Quid futurum esse voluit, ipse cum vicisset?
9. Quomodo eis verbis affecti sunt Israëlitæ?
10. Quamdiu Goliathus illusit hoc modo Israëlitis?
11. Quid Saulus ei, qui hunc hominem occidisset, pollicitus est?
12. Quis statuit cum Goliatho certare?
13. Quid Saulus fecit?
14. Satisne apta erant arma Davidi?
15. Quid armorum loco manu corripit?
16. Quid in pera pastorali posuit?
17. Quibus verbis eum salutavit Goliathus?
18. Quibusnam verbis Goliathum resalutavit David?
19. Quis certaminis fuit eventus?
20. Quid adhibuit David ad amputandum illius caput?
21. Quid igitur faciunt Palæstini?
22. Quid cecinerunt mulieres?
23. Placuitne ille concentus Saulo?
24. Traditane est regis filia Davidi?
25. Quemnam David sibi magno amore devinxit?
26. Quis amare cœpit Davidem?
27. Quam dotem Saulus a Davide accipere cupivit?
28. Quonam consilio Saulus id fecit?
29. Locavitne Davidi nuptum Saulus filiam suam?

Sententiæ utiles.

I. Robustus temere suis fidit viribus.

Goliathus Davides binos fere statura æquavit, unus vero David ejus frontem ita petiit lapide, ut ille collapsus erigere se in pedes nesciret.

II.

II. Inter milites etiam interdum inveniuntur homines integri & pii.

David non exsecrans & jurans irruit in hostem, sed: Ego te, inquit adversario, aggredior nomine Dei agminum.

III. Homo virtute præditus ubique amatur, æstimatur & colitur.

David in familiaritatem Jonathanis filii regis pervenit, eumque regis filia suo dignata est amore.

Piæ Meditationes.

Sex cubitos longus Goliathus robora jactat;
Verum Davidis funda peremit eum.
Inferni certe Goliathus imago gigantis,
Et David Christum significare potest.
Impugnat Satanas, sed Christus dæmona vincit:
Victoris Christi signa cruenta sequar.

Historia XXXI.

de

Davide a Saulo insidiosissime tractato.

1. Sam. XIX. XXI. XXIV. & XXVI. Cap.

1. SAulus cum Jonathane filio suo de occidendo Davide ver- 1. Sam. XIX. 1.
2. ba fecit. Jonathan vero id indicavit Davidi, atque pro eo apud - - 2.
3. patrem suum interceſſit. Paulo post - - 9.

post Saulus malo spiritu correptus, Davidem fidibus ludentem hasta, quam in manu habebat, conatus est affigere pa-
1. Sam. XIX, rieti; sed hasta delata ad parie-
10. tem, David ex ejus manibus e-
- - 11. vasit. Saulus autem nuntios in
ædes Davidis misit, qui eum
- - 12. observarent; sed ejus uxor Mi-
chol eum per fenestram demi-
- - 13. sit; & in lecto illius loco laris
simulacrum posuit, dixitque,
- - 14. Davidem ægrotare. Saulus ve-
- - 15. ro eum statim in ipso lecto sibi
afferri ad necem jussit. nuntii
- - 16. ubi eo venerunt, vident in lecto
- - 17. simulacrum. Michol interim
affirmat Davidem sibi minatum
esse mortem, nisi ipsa eum di-
- XXI, 11. misisset. David igitur ad Achim
Gethæ regem se contulit. Con-
- - 12. jecit vero, apud eundem non
- - 13. fore se tutum; quare mutavit
gestum, & stultitiam simulans
in portæ ostio impingebat, sa-
livamque in barbam suam de-
- - 14. liquabat. Tum rex Achis ex
suis quæsivit; adeone careret re-

regnum insanis? abigendum
17. esse illum insanum. David cum 1.Sam.XXIV,
nusquam sibi tutum satis vide- 4.
ret locum, cum suis militibus
18. in speluncam se recepit. Acci- - - 4.
dit vero ut Saulus in eandem
speluncam ad requisita naturæ
19. intraret. Hic comites Davidem - - 5.
cœperunt monere, ut eo ad su-
um arbitrium uteretur, ho-
20. stemque interficeret. David - - 7.
vero noluit uncto Domini ma-
nus afferre, sed tantum oram
21. penulæ Sauli, quam forte sepo- - - 5.
22. suerat, clanculum abscidit. Cum - - 9.
utrique ex spelunca essent e-
gressi, David ei e longinquo pe- - - 12.
nulæ oram in manu sua osten-
23. dit, dixitque ita: Suscipiat De- - - 13.
us hanc caussam, teque mihi - - 17.
24. ulciscatur. Saulus plorans: Pro - - 18.
te, inquit, facit æquitas, non
25. pro me. Saulus tamen iterum - XXVI, 1.
26. sectatus est Davidem. Cum ille - - 11.
intra munimenta aliquando
cubaret, castra intravit David,
cepitque hastam & scyphum,*
qui

* Castellio interpretatur matellam.

1. Sam. XXVI, qui juxta Sauli caput erat posi-
12. tus. Nemo in castris experre- 27.
ctus est, cum omnes a Deo al-
- - 13. tissime consopiti essent. Mane 28.
David in montis vertice procul
consistit, hastam & scyphum
- - 21. monstrans. Tum Saulus: Pec- 29.
cavi, inquit; quin ita prospera 30.
- - 25. precans eum alloquitur: Feli-
cem te, David, fili; haud dubie
- XXXI, 4. conata perficies. Non ita multo 31.
post Saulus se suo gladio interemit, & David rex in ejus locum suffectus est.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Qua de re Saulus verba fecit cum Jonathane?
2. Quid vero Jonathan egit?
3. Quid post Saulo accidit?
4. Quid remedii David attulit?
5. Quid Saulus rabidus fecit?
6. Percussitne Davidem?
7. Ubi observatus est David?
8. Quisnam eum per fenestram demisit?
9. Quid Michol ejus loco in lecto posuit?
10. Quid Saulus jussit fieri?
11. Quid nuntii in lecto vident?
12. Quemadmodum Michol se purgat patri?
13. Quo se David contulit?
14. Invenitne illic præsidium?

15.

15. Quid David timore adactus faciebat?
16. Quid rex Achis dixit?
17. Quo se abdidit David?
18. Quis in eam speluncam intravit?
19. Quid Davidis comites monuerunt?
20. Comprobavitne David eorum consilium?
21. Quid Davidi negotii est cum regis penula?
22. Quorsum servavit oram penulæ?
23. Quibus hic usus est verbis David?
24. Quid Saulus oram suæ penulæ videns dixit?
25. Acquievitne igitur Saulus?
26. Quid ex Sauli castris David cepit?
27. Nemone dormientium experrectus est?
28. Quo hastam & scyphum refert?
29. Quidnam Saulus ait?
30. Quibusnam verbis Saulus Davidi prospera precatur?
31. Quis tandem belli fuit eventus?

Sententiæ utiles.

I. Parentes, cum quid mali præcipiunt, liberis, non est licitum eis morem gerere, sed magis pareant Deo, quam parentibus, necesse est.

A Jonathane quidem pater ejus Saulus innocentem Davidem occidi voluit, sed ille Davidem, ut periculum effugeret, monuit.

II. Manus Domini uncto inferre violentas, nefas est.

David non raro Saulum regem interficiendi occasionem nactus est commodam, sed ab eo scelere semper abhorruit.

III. Si quis aliquid necessitate coactus & invitus facit, illud nulla premente necessitate non licet imitari.

Mi-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0159
DFG

Michol mentita est patri, sed summa necessitate coacta; quare non est, quod hoc exemplum protervi mendaces ad se accommodatum esse existiment.

Piæ Meditationes.

Non est vindictæ cupidus, nec trux occidere David
Hostem crudelem, cum jugulare potest.
Rem summo Domino, quem observat, tradere mavult;
Hinc rerum felix exitus usque fuit.
A me, sancte Deus, vindex procul ultio cedat,
Te justum veneror, judiciumque tuum.

Historia XXXII.

de

Bethsaba.

2. Sam. XI. XII. Cap.

2. Sam. XI, 1. REx David misit ducem Joab- 1.
bum cum exercitu ad Rab-
- - 2. bam urbem obsidendam. David 2.
Hierosolymis manens aliquando in tecto regiæ domus ambulavit, animadvertitque de te- 3.
cto in horto mulierem quandam lavantem singulari formæ
- - 3. pulchritudine. David de mu- 4.
liere percontans didicit Bethsabam

5. bam esse Uriæ conjugem, cu-
ravitque eam accersendam;
cum igitur David cum ea rem 2. Sam. XI, 5.
6. habuisset, gravida est facta. U- - - 6.
rias vero maritus ejus tum do-
mi non erat, sed una cum regis
exercitu in castris versabatur.
7. Eum ergo David ex castris re-
8. vocavit domum, ut vulgo per- - - 9.
suaderet, Bethsabam gravidam
9. esse ex viro suo; sed Urias pro
foribus regiæ cum omnibus
domini sui stipatoribus cubuit,
neque in domum suam descen-
10. dit. Postero die Urias a Davide - - 13.
11. potu inebriatus est, ea mente,
ut vino obrutus domum ad
12. uxorem reverteretur; sed Urias - - 13.
cubuit in cubili cum stipatori-
bus domini sui, neque domum
13. descendit. Mane dedit David - - 14.
14. epistolam ad Joabum, in qua il- - - 15.
lum adhortatus erat ad operam
dandam, ut Urias in prima acie,
qua maxime prœlium urgeret,
collocaretur, utque a ceteris de-
15. stitutus occideretur. Quam epi- - - 14.
stolam Urias ipse ignorans,

quid in ea esset scriptum, Joabo
2.Sam.XI, 17. tradidit. Joabus, quod rex 16.
mandaverat, exequitur, sicque
Urias innocens in pugna ceci-
- - 26. dit. Uriæ uxor postquam audi- 17.
vit, mortuum esse maritum su-
um, ut mos erat, eum luxit.
- - 27. Luctu autem peracto David 18.
eam in matrimonium duxit.
- XII, 1. Aliquanto post Dominus Deus 19.
vatem Nathanem ei misit, qui 20.
ei fabulam narraret; duos ho-
mines, quorum alter dives,
pauper alter fuisset, habitasse in
- - 2. quadam urbe. Divitem habuisse 21.
pecudum magnam copiam,
- - 3. pauperem vero tantum ovicu- 22.
lam a se emtam & enutritam,
eamque de ejus cibo comedis- 23.
se, atque ex ejus calice bibisse, 24.
- - 4. & in sinu ejus quievisse. Inte-
rim cum ad divitem venisset
hospes, divitem parsisse de suis
sumere pecoribus, & captam 25.
illam pauperis oviculam hospi-
- - 5. ti mactasse. Hic David in ho- 26.
minem magna ira percitus Na-
thani sic dicit: Per Jovam im-
mor-

mortalem morte dignus est istius autor facinoris, ovemque 2. Sam. XII, 6.
27. quadruplo pensabit. Et Na-
28. than: Tu ille es, inquit. Vates - - 7.
igitur per virum divitem re-
29. gem Davidem, per copiam pecudum multam uxores Davi-
30. dis, per pauperem virum innocentem Uriam, & per unicam
31. oviculam formosam Bethsabam significavit. Postea vero - - 9.
32. Davidi Nathan varias pœnas a
33. Deo indixit. Tum David ad se - - 13.
rediens: Peccavi in Jovam, in-
34. quit. Et Nathan: Jova quoque - - 14.
ille remittit quidem tibi pecca-
35. tum, neque morieris; verumtamen, quoniam tu ista re Jovæ
inimicis maledicendi occasionem dedisti, filius, qui tibi na-
36. tus est, morietur. Tunc David Ps. LI, 1.
Psalmum quinquagesimum
primum composuit, cujus priora verba sic incipiunt: Miserere mei, Deus, pro tua clementia.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Ad quam urbem obsidendam David misit Joabum?

2. Quid interim Davidi negotii fuit?
3. Quid David in quodam horto animadvertit?
4. Quænam illa fuit mulier?
5. Quæ dementia cepit Davidem?
6. Ubinam erat Bethsabæ maritus?
7. Quid Uriæ mandatum est, cum esset in castris?
8. Quamobrem id fecit David?
9. Convenitne Urias suam uxorem?
10. Quonam alio consilio usus est David?
11. Cur Urias inebriatus est?
12. Abiitne Urias vino obrutus domum?
13. Quid David dedit ad Joabum?
14. Quid in ea hortatus erat David Joabum?
15. Quis tradidit epistolam?
16. Quid Joabus dux facit?
17. Quid Bethsaba egit?
18. Quid Bethsabæ contigit post mariti obitum?
19. Quemnam Deus virum misit Davidi?
20. Quam fabulam narravit Nathan?
21. Quid de divite dixit?
22. Quid vero de paupere?
23. Quomodo aluit pauper oviculam suam?
24. Quid accidit viro diviti?
25. Quid hospiti mactavit?
26. Quid de eo viro judicat David?
27. Quid respondet Nathan?
28. Quid Nathan significavit per divitem?
29. Quid per multam pecudum copiam divitis?
30. Quid per pauperem?
31. Quid per unicam oviculam?
32. Quid porro dixit vates Davidi?
33. Quibus verbis confitetur David peccatum suum?

34.

34. Quibusnam verbis absolvitur?
35. Quam pœnam Davidem temeritatis suæ dare voluit Deus?
36. Quemnam tum Psalmum pœnitentia adductus composuit?

Sententiæ utiles.

I. Mulieribus cavendum, ne cuiquam sint offendiculo.

Nisi Bethsaba sese in horto nudasset, David neque adulter neque occisor factus esset.

II. Orationes sacræ ex animo fluentes, influunt rursus in animos.

Cum vates Nathan orationem pœnitentiæ excitandæ aptam animo meditatus esset, animus Davidis quoque eadem commotus & convictus est.

III. Quem non puduit peccare, eum nec pudeat peccatum fateri.

Cum Nathan dixisset, Davidem esse illum virum morte dignum; David negare peccatum ausus non est, sed peccasse se contra dominum aperte declaravit.

Piæ Meditationes.

Enecat insontem David modo factus adulter,
Sicque suum lædit persequiturque Deum.
Si quæras, horum sceleruu quænam sit origo?
In promtu causſa est: Visio prava fuit.
Quapropter faciant nobiscum fœdus ocelli,
Errent ne temere lumina nostra vaga,

HISTORIA XXXIII.
de
Absalomo.

2. Sam. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. Cap.

2. Sam. XIV, 25. ABsalomus erat pulchritudinis laude longe omnium Israëlitarum præstantissimus, a vestigio pedis ad verticem nullo præditus vitio. Hic patre vivo appetivit regnum; inprimis igitur aucupabatur vulgi amorem, & adstans portæ apud viam quærebat ex hominibus accedentibus, quid à rege peterent. Quod si quis ei caussam indicasset suam, ita ei dixit: Bonam æquamque tuam esse caussam video, sed te, qui audiat, a rege quidem est nemo. Utinam ego gentis judex constituerer, ut omnium lites atque caussæ ad me deferrentur, & ego jus redderem. Ad consilium quoque adhibuit Achitophelem, qui Davidi à consiliis, cujusq; consilium temporibus illis tantæ existimationis erat, ut quic-

XV, 10. 6. 2. 2. 4. 12. XVI, 23.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

quicquid suaderet, id pro ora-
culo haberetur. Cum Absalo- 2. Sam. XV, 7.
mus Israëlitarum animos fur-
tim conciliasset, a rege petiit,
ut sibi Hebronem ire, & illic
nuncupatum Jovæ votum red-
dere liceret. Eo autem cum ve- - - 10.
nisset, se regem constituendum
curavit. Qua de re David rex - - 14.
simulac certior factus erat, Hie- - - 30.
rosolyma fugit, & adscendit per
clivum olivarum, nudis pedi-
bus ingrediens & plorans.
Cumque ei nuntiatum esset A- - - 31.
chitophelem quoque inter con-
juratos cum Absalomo esse, Jo-
vam precatus est, ut Achito-
phelis consilium futile redde-
ret. Hoc iter cum faceret, pro- - XVI, 5.
diit homo quidam, a Saulianæ
stirpis gentilitate ortus, nomine
Semeis; qui conviciando pro- - - 6.
cedens regem saxis petebat, at-
que hujusmodi convicia jacie-
bat: Prodi, prodi, homo san- - - 7.
guinarie & scelerose. voluit qui- - - 9.
dem quisquam regiorum ma-
ledico conviciatori caput am-

2. Sam. XVI, putatum ire. At Rex: Quid 18.
10. tum postea, inquit, si convicia-
tur? quid si jova vult, eum Da-
- - 15. vidi maledicere? Interim Absa- 19.
lomus cum magno comitatu
- - 20. Hierosolymam venerat. Ubi 20.
vero, dum consultabatur, quid
faciendum sit? duæ sententiæ
- XVII, 1. ortæ sunt. Achitophel enim 21.
censuit, Davidem esse perse-
quendum atque opprimendum,
- - 7. antequam posset respirare. Se- 22.
nex vero Chusæus statuit, in
bellum, cum David sit homo rei
militaris peritissimus, profici-
scendum non esse, donec nu-
- - 14. merosus exercitus adsit. Diu 23.
cum esset deliberatum, Chusæi
consilium Absolomus Achito-
- - 14. phelis consilio prætulit. Neque 24.
hoc casu accidit, sed Deus bo-
num Achitophelis consilium
- - 16. dissolvi voluit. Id quod interim 25.
Chusæus Davidi propere indi-
- - 22. candum curavit. Tum David 26.
cum suis omnibus profectus
- - 23. Jordanem transiit. At Achito- 27.
phel videns, suo consilio non
esse

esse obtemperatum, vitam su-
28. spendio finivit. Funestum igi- 2. Sam. XVIII,
tur prœlium inter patris & filii 1.
29. copias commissum est. David - - 3.
quidem in aciem non venit
30. militibus disuadentibus. Tri- - - 5.
bunis vero, ut Absalomo juveni
31. parcerent, mandavit. Magnam - - 7.
cladem Israëlitis accipientibus
fugit Absalomus, & cum mulus,
32. cui insidebat, subter quercum - - 9.
33. præteriret, ille annexo ejus ca-
pite in quercu pependit in aëre.
34. Joabus regis præfectus id vi- - - 14.
dens, tria tela manu corripit, ea-
que pectori Absalomi infigit.
35. Postea corpus ejus, in quandam - - 17.
voraginem projectum, milites
ingenti saxorum cumulo obru-
36. unt. Quo nuntio David percul- - - 33.
sus, & in mœrorem incidens, ita
37. sæpius dixit: Fili mi, Absalome, - - 33.
fili mi, fili mi, Absalome, utinam
ego sim pro te mortuus! Absa-
38. lome, fili mi, fili mi! Deinde Da- - XIX, 15.
vid magno applausu rursus in
urbem Hierosolymam introduc-
tus est.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Num Absalomus erat eximia forma?
2. Quid ille appetivit?
3. Quid aucupabatur?
4. Quid loquebatur cum hominibus in jus euntibus?
5. Quid respondit?
6. Quid optavit?
7. Quemnam hominem Absalomus ad consilium adhibuit?
8. Quis quantusque vir fuit Achitophel?
9. Quid Absalomus a patre petiit?
10. Quid Hebrone curavit?
11. Quid David ea de re certior factus fecit?
12. Quo David confugit?
13. Quid de Achitophele Deum precatus est?
14. Quis Davide fugiente prodiit?
15. Quid Simeis faciebat?
16. Quæ convicia jaciebat in Davidem?
17. Nemone ultus est injuriam?
18. Quid David dixit?
19. Quo Absalomus pervenit?
20. Quid de bello gerendo consultatur?
21. Quid belli peritus Achitophel censuit?
22. Quid senex Chusæus statuit?
23. Cujusnam consilium prælatum est?
24. Utrum hoc casu accidit?
25. Quis id Davidi indicandum curavit?
26. Quodnam flumen David transiit?
27. Quonam modo vitam finivit Achitophel?
28. Quo tandem perventum est?
29. An David una venit in aciem?

30.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0170
DFG

30. Quid David tribunis mandavit?
31. Qua fortuna pugnatum est?
32. Quo se recepit Absalomus?
33. Quam viam institit mulus?
34. Quomodo interfectus est Absalomus?
35. Quo projectum est ejus corpus?
36. Quo animo David, eo allato nuntio, affectus est?
37. Quid igitur David clamans dixit?
38. Quid tandem Davidi contigit?

Sententiæ utiles.

I. Malum malo, convicium convicio, rependere non licet. 1. Petr. III, 9.

David conviciatoris Simeis injuriam ulcisci noluit, sed sibi maledici, Deo sic volente, passus est.

II. Impiorum consiliorum autores justa pœna manet.

Achitophel consiliorum suorum fructum alium percepit nullum, quam ejusmodi desperationem, ut vitam suspendio finiret.

III. Regum animi in Dei manu sunt, quos, quo ille vult, dirigit.

Absolomus prudentis Achitophelis consilium non fortuito, sed Deo sic ordinante, respuit.

Piæ Meditationes.

O pueri, vobis monstratur quercus, adeste,
Quam fructus oculis objicit illa malos!
Davidis regis proh! natus ab arbore pendet.
Hæc pueris sors est, cum Deus odit eos.
Huc oculos vestros animosque advertite, nati;
Est mater vestro & dignus honore pater.

Hi-

Historia XXXIV.

de

Peste Davidis tempore grassante.

2. Sam. XXIV. Cap.

2. Sam. XXIV, 1. REx David Deo permittente 1.
a diabolo ad insolentiam 2.
1. Paral. XXII, 1. impulsus populum numerari
2. Sam. XXIV, jussit. Id quidem belli dux Joa- 3.
3. bus dissuasit, sed rex a proposi- 4.
- - 10. to averti se passus non est. At 5.
David post hanc populi nume-
rationem animo percussus di-
xit Jovæ: Peccavi graviter in 6.
- - 11. eo, quod feci. Dein mane ve- 7.
nit ad eum Gadus, tria ei DEI
nomine proponens, quorum
quoddam, quod sibi a Deo fieri
- - 13. vellet, eligeret. Malum, quod 8.
vates proposuit, primum erat
septem annorum fames; secun- 9.
dum fuga trimestris; tertium 10.
- - 14. tridui pestis. David hæc audi- 11.
ens graviter angebatur animo.
- - 14. Tandem: Incidamus, inquit, in 12.
Jovæ manum, cujus misericor-
- 15. dia magna est. Tum Jova pe- 13.
stem

stem Israëlitis immisit, qua triduo mortua sunt hominum se-
14. ptuaginta millia. Cum Ange- 2. Sam. XXIV,
lus manum suam ad urbem 16.
Hierosolymam depopulandam
15. intendisset, sedatus iis pœnis
Deus Angelo imperavit, ut ma-
16. num suam cohiberet. Angelus - - 17.
autem erat apud aream Arav-
næ; quem conspicatus David
17. Deum sic oravit: En ego pec-
cavi, ego in culpa sum: Hæ
quidem oves quid commise-
18. runt? Postea cohibita est Israë- - - 25.
litarum clades, & David Domino Deo aram in area Aravnæ, ubi Angelus ante apparuerat, construxit.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid David fieri jussit?
2. A quo erat impulsus?
3. Quisnam id dissuasit?
4. Num rex a proposito averti se passus est?
5. Quid post populi numerationem accidit?
6. Quidnam David dixit?
7. Quid Gadus vates Davidi proposuit?
8. Quodnam erat primum malum?
9. Quodnam alterum?

10.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0173
DFG

10. Quod tertium?
11. Quo David affectus est animo?
12. Quid sibi David elegit?
13. Quot hominum millia peste sunt extincta?
14. Attigitne pestis quoque Hierosolymam?
15. Quid Deus Angelo imperavit?
16. Ubi erat Angelus?
17. Quibus verbis Deum oravit David?
18. Quis hujus publicæ cladis fuit eventus?

Sententiæ utiles.

I. Pravæ cogitationes multæ diabolo impulsore & autore incidunt.

Hic enim diserte dicitur, Davidem a diabolo fuisse impulsum.

II. Bonum consilium aspernari, nefas est.

David, si ducis sui consilium probasset, septuaginta hominum millia servasset.

III. Scelere commisso conscientia angit.

Post populi numerationem David animo percussus est.

Piæ Meditationes.

Rex David populum numeravit mente superba;
Crimina quæ summo displicuere Deo.
Cogitur ex tribus damnosis sumere plagam,
Quo facto pestis millia multa rapit.
Ergo preces dabimus, summus Deus ut dominantes
Incautos doceat, consilioque regat.

Hi-

Historia XXXV.

de

Salomone rege.

1. Reg. III. VI. VIII. XI. XII. Cap.

1. DAvide mortuo Salomo im- 1. Reg. II, 1.
2. perium capesſivit, qui, cum - III, 5.
ei in ſomniis appareret DEus,
eumque juberet poſtulare,
3. quod ſibi vellet ab ipſo dari, pe- - - 9.
tiit a Deo prudentem docilem-
que mentem ad populum bene
4. regendum. Precibus illis de- - - 12.
lectans Deus tantam ei mentis
ſapientiam & prudentiam con-
tulit, ut ei par nemo neque an-
te eum fuerit, neque poſt eum
5. futurus ſit. Præterea quoque - - 13.
ei, quæ non oraverat, opes, glo-
riam & longam vitam Deus de-
6. dit. Initio ſtatim ejus imperii - - 16.
mulieres duæ meretrices occa-
ſionem, prudentiæ ſpecimen
7. dandi, præbuerunt. Mulieres - - 17.
iſtæ iisdem in ædibus habita-
rant, quarum una incumbens
ſuo infanti imprudens eum no-
8. ctu ſuffocarat. Mane utræque - - 21.

de

de vivo puero rixatæ sunt, eum
1. Reg. III, 24. sibi vindicantes. Cum igitur, 9.
quæ vera infantis vivi mater
sit, possit invenire nemo, Salo-
- - 25. mo afferri gladium, & puerum
viventem in duas partes dividi
- - 26. jussit. Hic alterum scortum ita 10.
dicere regi: Quæso domine, de-
tur ei potius totus, quam ut in-
terficiatur. Alterum: Nec me- 11.
us est, nec tuus, inquit, divida-
- - 27. tur. Ex quo sermone Salomo, 12.
quæ vera pueri viventis mater
- VI, 1. sit, facile poterat judicare. Po- 13.
stero Salomo tempore Domino
Deo suo Hierosolymis magni-
ficum ædificavit templum,
- - 38. quod septem annis exædifica- 14.
- VIII, 10. tum est. Cum Salomo idem 15.
templum Deo dedicaret, nubes
cum Jovæ splendore ædem re-
- - 22. plevit. Salomo ante aram Jo- 16.
væ adstans pasis in cœlum pal-
- - 35. mis preces egregias fudit. In- 17.
primis a Deo petiit, ut, si forte
bellum oriatur, aut fames aut
pestilentia, precibus annueret.
- - 63. Deinde Salomo immolavit bo- 18.
um

um viginti duo millia, & balan-
19. tum centum viginti millia. Fe- 1. Reg. VIII,
ſtum igitur ipſe quatuordecim 65.
dies cum omni populo egit,
20. eumque laute tractavit. Sed - IX, 1.
amavit Salomo rex multas mu-
21. lieres alienigenas: Habuit enim - - 3.
uxores principes ſeptingentas
22. & concubinas trecentas. Et ſub - - 4.
tempus ſenectutis deflexa mens
ejus eſt per illas ad alienos de-
23. os. Quamobrem poſt ejus obi- - - 11.
24. tum regnum diviſum eſt. Et- - XII, 21.
enim filius ejus imprudens Ro-
boamus Judæam tantum ſtir-
pem, tribumque Benjamiticam
25. in officio retinuit. Reliquæ ve- - - 20.
ro decem tribus ad Jeroboa-
mum defecerunt, eumque ſibi
26. crearunt regem. Ab illo tempo-
re populus Dei in duobus re-
gnis Judæo & Iſraëlitico diver-
27. ſis regibus paruit. Reges Judææ
ſedem habuerunt in urbe Hie-
28. roſolyma, Reges vero Iſraëliti-
ci Samariæ habitarunt.

Perſpicuæ Quæſtiones.

1. Quis mortuo Davide imperium capeſſivit?

2. Quid Deus ei in somniis dixit?
3. Quid petiit a Deo Salomo?
4. Probatæ ne sunt Deo istæ preces?
5. Quid amplius Deus ei dedit?
6. Quis occasionem ei prudentiæ specimen dandi præbuit?
7. Quid acciderat meretricibus?
8. Qua de re rixatæ sunt?
9. Quam Salomo tulit sententiam?
10. Quid scortorum alterum dixit?
11. Quid alterum?
12. Quid ex eo sermone poterat judicare Salomo?
13. Quid deinde Salomo ædificavit?
14. Quot annis ex ædificatum est templum?
15. Quid, cum id Salomo dedicaret, accidit?
16. Quid tum Salomo fecit?
17. Quid inprimis a Deo petiit?
18. Quænam sacrificia fuerunt Salomonis?
19. Quot dies epulatus est populus?
20. Quid Salomo peccavit?
21. Quot uxores habuit Salomo?
22. Quo senis Salomonis mens deflexa est?
23. Quænam pœna secuta est deorum falsorum cultum?
24. Quot tribus retinuit Roboamus?
25. Quemnam reliquæ tribus regem sibi crearunt?
26. In quot regna divisus est populus Dei?
27. Ubi sedem habuerunt reges Judæi?
28. Ubinam reges Israëlitici habitarunt?

Sententiæ utiles.

I. Salomonis templum fuit Judææ gentis communis supplicationis domus. Ejus-

Ejusmodi domus & noſtra templa ſunt, eique chriſtianorum nomen parum tuentur qui nulla premente neceſſitate inter preces e templo egrediuntur.

II. Salomo maxime neceſſaria tantum a Deo petiit, & Deus ei res leviores quoque tribuit.

Bona igitur potisſimum, quæ ad animum pertinent, fidem, amorem, ſpem a Deo efflagitemus; ea, quæ corpori conveniunt, cibus, potus, veſtimenta & alia nobis Deus voluntarius dabit.

III. Salomo ſenex ab uxoribus ſeductus ad falſos deos colendos animum appulit.

Senectus igitur non arcet ſtultitiam; ſi quando æſtus juventutis ſit ſuperatus, tamen diabolo ſunt ſuæ technæ, quibus nos, ni ſemper caveamus, vel in ſenectute præcipites dare poſſit.

Piæ Meditationes.

Magnificam Salomon Domino Rex condidit ædem,
Qua fuit haud regum pulcrior ulla domus.
Magne Deus, celſum tibi vellem condere templum;
Sed mea pauperies impedit illud opus.
Cum vires deſint, tibi ſit mea grata voluntas;
Pectus ceu templum conſecro, ſume, meum.

HISTORIA XXXVI.

de

Baalis vatibus.

1. Reg. XVI. XVII. & XVIII. Cap.

1. ACchabus fuit rex in regno Iſ- 1. Reg. XVI,

1. Reg. XVI, 31. raëlitico nequissimus, ejusque uxor Jezabel fuit impietate non
- - 32. minore. Utrique enim Baalem
- XVII, 1. coluerunt ac adorarunt. Accidit igitur Deo autore, ut per tres an-
Jac. V, 17. nos, sexque menses neq; ros esset
1. Reg. XVII, 4. neque pluvia. Crescente sic anona, corvis Deus mandavit, ut alerent Eliam vatem, cui illi
- - 6. mane & vespere panem & carnem ad Carithum fluvium at-
- - 9. tulerunt. Sed cum aliquanto post aruisset fluvius, jussit eum Deus Sarephtam se conferre; sese enim illic viduæ esse manda-
- - 11. turum, ut eum aleret. Elias Sarephtam veniens cernit ibi mulierem viduam lignantem, eique clamat, ut sibi paulum aquæ, & frustum panis afferat.
- - 12. Sed vidua respondit, se tantum pugillum farinæ in cado habere, & paulum olei in seria; sese & filium suum hæc paucula esu-
- - 14. ros, deinde morituros. Cui Elias prædixit: Cadi farinam neque iri consumtum, neque seriæ oleum defecturum esse.

2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

Quod

11. Quod & ita accidit, ut vidua, quoad erat annonæ difficultas, & familiam, & vatem alere 12. posset. Longo post tempore Deus Eliæ mandat, ut se Achabo ostensum eat; sese pluviam in terras esse demissurum. 13. Quod cum audisset Achabus, Eliæ obviam progressus, eumque sic allocutus est: Tune is es, qui perturbas Israëlitas? 14. Cui ille: Non ego, inquit, Israëlitas perturbo, sed tu, tuaque paterna familia, qui, omissis Jovæ præceptis, Baales sequimini. 15. Elias deinde postulat, ut omnes Israëlitæ, vatesque Baalis in montem Carmelum convocentur. 16. Ad quos congregatos accedens Elias hæc verba habuit: Quosque in utrumque crus claudicatis? Si Jova Deus est, hunc sequimini; sin Baal, 17. illum sequimini. Cum nihil ei populus responderet, duos tauros accersi jussit; eorum alterum Baalis vates ut immolarent, 18. 19. alterum ipse, concedens

1. Reg. XVII, 16.
- XVIII, 1.
- - 17.
- - 18.
- - 19.
- - 21.
- - 23.
- - 23.

illis potestatem deligendi, quem
1. Reg. XVIII, vellent, bovem; illi si invoca- 20.
24. rent Baalem, sese Jovæ nomen
appellaturum esse; cujus Deus 21.
igne annueret, eum Deum esse
- - 24. habendum. Hic universa mul- 22.
titudo respondit, conditionem
- - 26. sibi placere. Baalis vates primi 23.
sacrificium fecerunt, genu sub-
mittentes altare prætergressi
sunt, & a mane ad meridiem 24.
Baalis nomen, ut se exaudiret,
- - 27. invocarunt. Sub meridiem E- 25.
lias illos sic deridebat: Clama-
te magna voce: Nam Deus est;
sed aliquid contemplatur, aut
- - 28. dormit, aut iter habet. Tum illi 26.
majore voce clamantes seipsos
gladiis secabant, eo usque ut
- - 29. sanguine perfunderentur. Sed 27.
cum nulla vox audiretur, ne-
que quisquam responderet; va- 28.
tes Elias taurum suum mactari
jubet, paratque sacrificium.
- - 34. Tantam etiam aquæ copiam in 29.
hostiam effundi curavit, ut a-
ram aqua undique circumflue-
- - 36. ret. Cum jam omnia essent 30.
pa-

parata, Elias vates ita infit: O
Jova, Abrahami, Isaaci & Israë-
lis Deus, effice, ut hodie intel-
ligatur, te Israëlitarum esse De-
31. um. Tum delapsus Jovæ ignis 1. Reg. XVIII,
& hostiam & aram absumsit, & 38.
32. scrobis aquam lambit. Quo vi- - - 39.
so, universi procidunt, & Jova
Deus est, Jova DEus est, cla-
33. mantes dicunt. Elias denique - - 40.
jubet Baalenses vates compre-
34. hendi: Comprehensos & ad Ci- - - 40.
sonem fluvium ductos Elias
35. jugulat. Erant autem eorum - - 19.
octingenti quinquaginta.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quo ingenio fuit Achabus Rex?
2. Meliorne fuit ejus uxor Jezabel?
3. Quidnam adversus Deum fecerunt?
4. Quanam pœna sunt a Deo affecti?
5. Quonam modo alitur Elias annonæ tempore?
6. Quid ei corvi attulerunt?
7. Sed quomodo nutritus est Elias, cum aruisset fluvius?
8. Quid Elias a vidua Sarephtensi petiit?
9. Quid vidua respondit?
10. Quid Elias ei solatii caussa prædixit?
11. Num vero, quod prædixerat vates, accidit?
12. Quid post Deus mandat Eliæ?

13. Quemadmodum Achabus vatem accepit?
14. Quibus verbis defendit Elias causſam ſuam?
15. Quis convocatus eſt ad Eliam in montem Carmelum?
16. Quid Elias Iſraëlitis congregatis dixit?
17. Quidnam vates accerſi juſſit?
18. Quid ipſis cum tauris?
19. Cui poteſtas deligendi bovem data eſt?
20. Quid ſacrificium facientes utrique voluerunt obſervare?
21. Quid dirimeret controverſiam?
22. Quid multitudo reſpondit?
23. Quis primus ſacrificium fecit?
24. Quousque invocarunt Baalis vates?
25. Quid deridens Elias conſuluit?
26. Quid moliebantur Baalis vates?
27. Annon exauditi ſunt?
28. Quid Elias jubet?
29. Quid in hoſtiam effundi curavit?
30. Quibusnam verbis Deum imploravit Elias?
31. Quid hoſtiæ Eliæ accidit?
32. Quid Iſraëlitæ clamantes dicunt?
33. Quid Elias jubet?
34. Quid Baalis vatibus accidit?
35. Quot ejusmodi furciferi erant?

Sententiæ utiles.

I. Impius Rex ita dixit vati: Tune is es, qui perturbas Iſraëlitas?

Similiter accidit Dei miniſtris, ut, cum impietatem hominum perferre, & ſilere nolunt, pro litigatoribus & pacis turbatoribus habeantur. *II.*

II. Farinam & oleum cum vidua Sarephtensis fere consumsisset, venit vates Elias.

Unde apparet, periculum cum sit maximum, auxilium adesse proximum?

III. Cum vati Eliæ nuspiam suppeteret cibus, a corvis accipit alimenta.

Ergo Deus novit non tantum ordinarium, sed & extraordinarium modum, quo suis possit ferre opem.

Piæ Meditationes.

Clamitat atque rogat queribunda voce sacerdos
Baalis, verum percipit ille nihil.
Est ea sors hominum, qui talia numina curant,
Quæ vero auditu luminibusque carent.
Christicolæ Dominum venerantur rectius illum,
Omnia qui penitus percipit atque videt.

Historia XXXVII.
de
Nabothi vinea.

1. Reg. XXI. XXII. Cap.

1. VIneam Jezraële apud Acha- 1. Reg. XXI,
bi Samariæ Regis palatium 1.
2. habuit Nabothus, a quo Acha- 2.
bus, ut sibi eam vineam addi-
3. ceret, contendit, quo ea pro vi-
ridario uteretur; sese ei, si ita
4. videretur ei, pro hac argenti

pretium, quantum satis esset,
1. Reg. XXI, 3. esse soluturum. Sed Nabothus 5.
negat se commissurum, ut illi
patrimonium tradat suum.
4. Quam Nabothi vocem Acha- 6.
bus adeo ægre tulit, ut in lecto
suo decumbens a cibo abstine-
5. ret. Jezabel uxor ejus conveni- 7.
ens eum jubet maritum læto
7. esse animo: Sese enim vineam 8.
8. illam brevi traditurum. Hæc 9.
locuta regis nomine mittit ad
9. senatores Jezraëlenses, cum qui-
bus Nabothus idem oppidum
habitabat, litteras scriptas in 10.
eam sententiam; ut senatores
contra Nabothum duos homi-
nes perditos statuerent, qui pro
10. testimonio dicant, eum DEo 11.
regique maledixisse, atque ita 12.
ex urbe eductum lapidatione
11. interficerent. Ad harum litte- 13.
rarum præscriptum dum sena-
tores Jezraële faciunt, bonus
15. vir Nabothus occiditur. Jeza- 14.
bel audita Nabothi nece, Acha-
bum adit & hortatur, ut inva-
dat in possessionem vineæ Na-
bo-

bothi. Nabothum enim non
15. jam vivere, sed interiisse. Acha- 1. Reg. XXI,
bum vero invasurum in vineæ 16.
possessionem vates Elias offen- - - 17.
dit, eumque sic est allocutus:
16. Quo in loco linxere canes Na- - - 18.
bothi cruorem, ibidem canes
tuum quoque cruorem lingent.
17. De regina vero Jezabele dixit, - - 23.
eam a canibus in agro Jezraë-
18. lensi iri devoratum. Quæ o- - XXII, 1.
mnia, ut prædicta erant, aliquot
annis post sic evenerunt, & to-
19. ta Achabi stirps evulsa est. Rex - - 32.
enim vulnere in prœlio acce-
pto periit, & cum ejus currus - - 38.
abluerentur, linxere canes cruo-
20. rem ejus. Regina Jezabel de fe- 2. Reg. IX, 33.
nestra præcipitata partim con-
culcata, partim a canibus devo-
21. rata est. Joramus ejus filius in - - 24.
prœlio telo percussus moritur,
ejusque corpus in Nabothi fun- - - 26.
22. dum abjicitur. Reliqui Achabi - X, 1.
filii Samariæ jugulati sunt, ho- - - 7.
23. mines septuaginta, eorumque
24. capita in fiscellis posita Jezraë-
lem missa, atque in Nabothi a-
grum

1. Reg. XXII, 10. grum conjecta sunt. Itaque nihil eorum, quæ a Jova in Achabi genus prædicta erant, irritum fuit. 25.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Ubi habuit Nabothus vineam suam?
2. Quisnam, ut eam sibi Nabothus addiceret, contendit?
3. Quomodo ea rex voluit uti?
4. Quantum pretium voluit solvere Nabotho?
5. Accepitne Nabothus conditionem?
6. Placuitne regi Nabothi sermo?
7. Quis Achabum convenit?
8. Quid Jezabel dicit marito suo?
9. Quonam consilio rem tractat?
10. Quænam litterarum fuit sententia?
11. Quid homines perditi pro testimonio dicerent?
12. Quamnam judices ferrent sententiam?
13. Quid Senatores Jezraële faciunt?
14. Quid Jezabel regem adhortatur Nabotho mortuo?
15. Quis offendit Achabum in vineæ possessionem invasurum?
16. Quibus verbis eum allocutus est Elias?
17. Quid novi de Regina dixit?
18. Quid deinde regiæ stirpi accidit?
19. Quid contigit regi Achabo?
20. Quid regina Jezabel experta est?
21. Quænam fortuna fuit filii Jorami?
22. Quot reliquos filios habuit Achabus?

23.

23. Quid mali illis accidit?
24. Quo missa sunt eorum capita?
25. Num quid verborum divinorum fuit irritum?

Sententiæ utiles.

I. Decem legis præcepta non tantum eis, qui imperio subjacent, sed & imperantibus data sunt.

Achabus peccavit contra nonum præceptum, & uxor ejus Jezabel neglexit quintum; sed utrique fructum impietatis suæ perceperunt.

II. Potentes a Deo potenter puniuntur.

Unius Nabothi occisi caussa rex Achabus telo percussus periit, regina Jezabel a canibus devorata, & tota regia domus funditus eversa est.

III. Instrumenta ad committenda flagitia satis multa inveniuntur, in rebus vero bonis perpauci sunt adjutores.

Rex Achabus cum civis sui vineam vindicare sibi vellet, malitiæ administri complures brevi aderant: Regina Jezabel falsas litteras regis nomine scripsit; duo pessimi homunciones falsum testimonium dixerunt, & senatores Jezraelenses innocentem Nabothum supplicio affecerunt.

Piæ Meditationes.

De male quæsitis non gaudet tertius hæres,
Verbum & magnates hocce valere vident.
Achabo nunquam Nabothi vinea prodest.
A furto discat quisque cavere sibi.
Non concupiscam quicquam, quod possidet alter,
Sed per me poterit quisque tenere suum.

Hi-

Historia XXXVIII.
de
Elia in cœlum adscendente.
2. Reg. II. Cap.

2. Reg. II, 2. ELias, appropinquante tempore, quo in cœlum vivus raperetur, hortatur ministrum suum Elisæum, ut Galgalis maneret; sese enim a Deo mitti ad
- - 2. Bethel. Sed Elisæus: Ita vivat Jova, inquit, itaque vivas tu, ut
- - 4. ego te non relinquam. Deinde cum venissent ad Bethel, Elias hortatur Elisæum, ut ibi maneret; sese enim a Jova Hieri-
- - 4. chuntem mitti. Sed ille: Ita vivat Jova, itaque vivas tu, inquit,
- - 6. ut ego te non relinquam. Postquam Hierichuntem pervenerant, iterum hortatus est Elisæum Elias, ut ibi maneret; sese
- - 6. enim ad Jordanem mitti. Cui vero ille sic jurans respondet: Ita vivat Jova, itaque tu vivas,
- - 3. ut ego te non relinquam. Cum essent utrique in itinere, ubique vatum discipuli venerunt ad

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

ad Elisæum ex eo ita quæren-
tes: Scisne Dominum tuum ho-
die a Jova supra caput tuum ra-
9. ptum iri? Quibus ille: Ego scio, 2. Reg. II, 3.
10. inquit, tacete. Atque ubi ad - - 7.
Jordanem ventum est, quin-
quaginta vatibus eos secutis, &
procul secundum eos stantibus;
11. cepit Elias lænam suam, eaque - - 8.
convoluta aquam Jordannis
12. percussit, atq; aqua huc illuc que - - 8.
divisa ambo in sicco transi-
13. erunt. Post trajectionem Elias - - 9.
sic cum Elisæo loquitur: Pete,
quid me tibi præstare velis,
14. priusquam tibi auferor. Cui - - 9.
Elisæus: Ut præditus fiam du-
plo spiritu, inquit, istius, qui in
15. te est. Rem sane arduam petis, - - 10.
inquit ille, si me a te auferri vi-
deris, istud tibi continget; sin
16. minus, non continget. His ita - - 11.
ambulantibus & inter ambu-
landum colloquentibus ecce
currum igneum, igneosque e-
quos, qui alterum ab altero di-
17. remerunt, adscenditque in tur-
18. bine Elias in cœlum cernente - - 12.
Eli-

Elisæo & ita clamante: O pater, pater, Israëlitarum currus
2. Reg. II, 13. & equites! Lænam, quæ ab E- 19.
- - 14. lia deciderat, Elisæus capit, ea- 20.
que Jordanis aquam feriens:
Ubi est, inquit, Jova Deus Eliæ?
- - 14. Ita cum aquam percussisset, di- 21.
visa ea est in utramque partem,
- - 19. atque ita trajecit Elisæus. Paulo 22.
post quoque prodigium exhibuit in vitiosa aqua Hierichunte;
egressus enim ad ortum aquæ,
- - 21. eo salem abjecit, & ita salubris 23.
- - 23. facta est aqua. Inde cum se 24.
Bethel conferret, eum egressi
ex oppido parvuli pueri deridebant ita ei dictitantes: Ascen-
- - 23. de calve, ascende calve. Quos 25.
ille respiciens cum vidisset, de-
- - 24. testatus per Jovæ nomen est; & 26.
duæ ursæ ex sylva egressæ illorum quadraginta duos pueros
dilaniarunt.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quidnam Eliæ appropinquabat?
2. Quid is hortatur ministrum suum Elisæum?
3. Quid ei Elisæus respondet?
4. Quid iterum hortatur Elias Elisæum?

5. Quid

5. Quid Eliſæus jurejurando confirmat?
6. Quid Elias denuo hortatur Eliſæum?
7. Eliſæusne tum reliquit Eliam?
8. Quid ex Eliſæo iter faciente quæſiverunt vatum diſcipuli?
9. Quid Eliſæus reſpondit?
10. Quot vates ſecuti ſunt eos usque ad Jordanem?
11. Quid Eliæ cum læna fuit?
12. Quid in aquis Jordanis accidit?
13. Quid poſtremum Elias loquitur?
14. Quid Eliſæus ab Elia petit?
15. Quonam modo ſolatur eum Elias?
16. Quid deinde accidit?
17. Quo aſcendit Elias?
18. Quid clamat Eliſæus?
19. Quid ab Elia deciderat?
20. Quo Eliſæus refert lænam?
21. Quid in Jordane contigit?
22. Quodnam prodigium Hierichunte exhibuit Eliſæus?
23. Quomodo ſalubrem reddidit aquam vitioſam?
24. Quid vati Eliſæo Bethel ſe conferenti accidit?
25. Quid vates reſpondit nebulonibus?
26. Quasnam ſtultitiæ pœnas pependerunt pueri?

Sententiæ utiles.

I. Non niſi duo homines mortem non oppetiverunt, ſed vivi in cœlum delati ſunt.

Quorum alter fuit pius Patriarcha Henochus ante terrarum orbis inundationem, alter vates Elias poſt inundationem.

II. Vitam aliam, hac amissa, expectandam esse, recte statuimus.

Elias in turbine in cœlum delatus in Christi transformatione in monte Thabore apparuit.

III. Fideles Dei ministri possunt sancti muneris onus patienter ferre.

Sancti Angeli, quorum opera igneo curru Elias in cœlum vectus est, & eorum animos in Abrahami sinum deportabunt, ubi fulgebunt ut fulgur æthereus, eruntque stellarum similes in omnem æternitatem. Dan. XII, 3.

Piæ Meditationes.

Quadraginta duo clamant: *Elisa!* puelli:
Heus, heus calvaster squalide, perge, veni!
Sed brevis est miseris temere clamare voluptas;
Faucibus ursorum tota caterva perit.
Ne, pueri, quenquam tentate lacessere verbis,
Ut ne doctorum vos maledicta premant.

Historia XXXIX.

de

Viduæ cujusdam ampulla olei.

2. Reg. IV. Cap.

2. Reg. IV, 1. MUlier quædam de vatum uxoribus Elisæi vatis auxilium implorans commemorabat, virum suum esse mortuum, 1. 2.

um, quem ipse sciret fuisse pi-
3. um; nunc instare creditorem, 2. Reg. IV, 1.
ut ipsa, cum, quod solveret,
non haberet, duos natos in ser-
4. vitutem ducat. Quærenti Eli- - - 2.
5. sæo, quid domi haberet? misera - - 2.
respondet, nihil se domi habere
6. nisi ampullam olei. Tum ille - - 3.
mandat, ut vasa foris corroga-
tum eat ab omnibus vicinis, ea-
7. que vacua neque pauca. Dein- - - 4.
de ingressa domum, & se suis-
que filiis ostio inclusis, trans-
fundat in omnia illa vasa, & sic
8. ære alieno se liberet. Illa jussa - - 5.
faciens oleum transfundit, do-
nec omnia vasa essent repleta.
9. Jubet quidem plura a filio vasa - - 6.
suggeri, sed cum non plura su-
peressent, cohibitum est oleum.
10. Ubi oleum venditum ivit, tan- - - 7.
tum accepit pretium, ut non so-
11. lum æs alienum dissolvere, sed - - 7.
& ipsa ejusque filii ex reliquo
possent vivere.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quis Eliæ vatis auxilium implorat?
2. Quid vidua de viro suo commemorabat?

3. Quidnam de creditore suo conqueritur?
4. Quid ex ea quæsivit vates?
5. Quid vidua respondit?
6. Quid vates corrogari jussit?
7. Quid viduæ cum tot vasis?
8. Quid prodigii commemoratur de oleo?
9. Annon poterat plura mutuo petere vasa?
10. Quo oleum deportavit?
11. Num quid reliqvum fuit?

Sententiæ utiles.

I. Pii homines, qui in templis & scholis docent, relinqvunt sæpe pauperes viduas & pupillos.

Ita accidit Elisæi ætate, ut pius quidam vates præter liberos & æs alienum moriens nihil relinqueret.

II. Ejusmodi paupercülis viduis & pupillis plerumque, qui se misericordes præbent, oppido pauci sunt.

Eo modo conquerens vidua commemorat vati Elisæo, creditorem velle liberos suos in servitutem ducere.

III. Deus vero tum potissimum se patrem & tutorem pupillorum atque viduarum vindicem esse, ostendit.

Hoc viduæ præter olei ampullam nihil habentis exemplum comprobat, quam Deus ita fortunavit, ut se ære alieno levare atque filios educare posset.

Piæ Meditationes.

Orba viro mulier meditatur mœsta querelas,
Æs ob contractum maxima cura venit.

Elisæ

Eliſæ precibus ſimulac augetur olivum,
Una ex ampulla tollitur æris onus.
Fidite vos Domino cunctis in rebus egeni,
Qui auget res minimas omnipotente manu.

HISTORIA XL.
de
Babylonica captivitate.

2. Reg. XVII. - XXV. Cap.

1. POpulus Dei in duo regna, Ju-
dæum & Iſraëliticum, fuit di-
2. viſus. Regnum Judæum habuit
viginti reges habitantes Hiero-
3. ſolymis, quorum tantum octo
4. fuerunt pii. In regno Iſraëlitico
novendecim numerantur re-
ges, qui ſedem habuerunt Sa-
5. mariæ, quorumque ne unus
quidem Dominum DEum ti-
6. muit, vereque coluit. Utrum-
que regnum tandem ab Aſſyriis
7. everſum eſt. Iſraëliticum pri-
8. mum vaſtatum eſt, ejusque tri-
bus in captivitatem ſunt abdu- 2. Reg. XVII,
9. ctæ. Poſtremus rex fuit Hoſe- 1.
10. as, quem in bello vicit Salman- - - 3.
11. aſar rex Aſſyriæ in urbe Nini-
ve habitans; cujus filius Sena- - XVIII, 13.

2. Reg. XVIII, 17. cheribus regno Judæo interi-
tum minatus regem religio-
- XIX, 35. sum Ezechiam in urbe Hiero-
solyma obsidione clausit. Sed
noctu Domini Angelus Assy-
riorum castra adortus centum
Is. XXXVII, 36. octoginta quinque hominum
millia occidit. Mane ubi surre-
ctum est, conspecta tanta strage
digressus illinc Senacheribus
Ninivem repetiit. Ab illo tem-
pore regnum Judæum plus
centum annos floruit. Erant
autem sequentium regum plu-
2. Reg. XXI, 16. rimi impii. Inprimis Manas-
ses tantum sanguinis innocen-
tis ceu aquam fudit, ut eo Hie-
rosolymam passim repleverit.
Tandem justo Dei judicio re-
gno Judææ paratum est exiti-
- XXIV, 1. um. Tradidit enim DEus illud
in manus Nebuchodonosoris
2. Par. XXXVI, 6. Babyloniæ regis. Hic Hiero-
solymam veniens initio regem
Joacimum catenis vinctum,
- - 9. paulo post ejus filium Joachi-
mum captum cum Judæorum
optimatibus abduxit Babylo-
nem.

12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.

21. nem. Nono anno post idem 2. Reg. XXV.
accidit Judæorum regi Sedeciæ: 7.
22. Ejus enim filiis ob ejus oculos
trucidatis ipse est excæcatus.
23. Splendidum a Salomone ex- - - 8.
structum templum incendio
24. deletum est; urbs Hierosolyma - - 9.
25. solo æquata est, & vulgus mo- - - 10.
re pecudum Babylonem in exi-
26. lium deportatus est. Id quod
accidit sexcentesimo anno ante,
27. quam Christus nasceretur. Ab
illo tempore Hierosolyma se-
ptuaginta annos, quoad Judæo-
rum gens in captivitate fuit, in
cinere quasi sepulta jacuit.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Populus Dei in quot regna divisus fuit?
2. Quot reges regnum Judææ habuit?
3. Quotnam inter eos fuerunt pii?
4. Quot reges in Israëlitico regno numerantur?
5. Quot fuerunt pii?
6. A quo utrumque regnum est eversum?
7. Quodnam primum vastatum est?
8. Quo abductæ sunt istæ decem tribus?
9. Quis in regno Israëlitico postremus rex fuit?
10. Quis eum vicit?
11. Quid Senacheribus minatus est?
12. Quamnam tentat obsidionem?

13. Quemnam illa obsidio habuit eventum?
14. Quo repetiit Senacheribus?
15. Quot annos postea Judææ regnum floruit?
16. Quinam sequentium regum fuerunt mores?
17. Quis omnium regum pessime egit?
18. Quid tandem Judææ regno paratum est?
19. Cui Deus in manus tradidit regnum Judææ?
20. Quid Nebuchodonosori cum Joachimo fuit?
21. Quid Nebuchodonosor ultimo Judæorum regi Sedeciæ fecit?
22. Quid accidit ejus filiis?
23. Quid Salomonis templo factum est?
24. Quid urbs Hierosolyma experta est?
25. Quid vulgus perpessus est?
26. Quo anno tantæ ruinæ inciderunt Judæorum capitibus?
27. Quot annorum captivitas Babylonica fuit?

Sententiæ utiles.

I. Deus sæpe diu expectat hominum emendationem morum.

Vastato jam regno Israëlitico DEus Judææ regnum ultra centum annos servavit, ut hominibus vitam emendandi tempus superesset.

II. Quo diutius clementi animo Deus ignovit peccantibus, eo graviores pœnæ sequuntur.

Judæa gens cum vitia exuere nollet, DEus ne templo quidem pepercit, illud licet Salomonis ætate Dei splendore in hominum conspectu fuisset repletum.

III.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0200
DFG

III. Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.
Similiter gens Judæa exemplo Israëlitarum, & urbs Hierosolyma, Samariæ, debuisset corrigi.

Piæ Meditationes.

O Solymæ muri, quæ vis vos diruit omnes?
Ira Dei summi vastat & urit eos.
Rex est in vinclis, templum consumitur igne,
Ædes vastantur, magna caterva cadit.
O vos Christicolæ, quoque vos hæc commonet ira,
Fidite ne verbis: Hic sacra templa Dei.

HISTORIA XLI.

de

Estera.

Est. I. II. Cap.

1. ASsuerus rex tenuit imperio — Est. I, 1.
provincias centum viginti
2. septem. Hic magnus rex omni- - - 3.
bus suis proceribus & ministris
Susis convivium opipare para-
3. vit. Convivium illud duravit - - 4.
4. dies centum octoginta, idque
ideo egit, quo sui tam glorioſi
regni opulentiam, & tam egre-
gium magnitudinis decus o-
6. stentaret. Rex cum aliquando - - 5.
animum suum vino exhilaras-

set, mandavit, ut regina Vastis
ad se regie coronata arcesseretur, quo ejus formæ pulchritudinem, quæ erat insignis, plebi
ac primatibus ostenderet. Sed
regina Vastis turgida fastu ad
regis mandatum venire recusavit. Rex igitur incensus ira
ex amicis, quid reginæ Vasti,
non obtemperanti, sit faciendum? quærit. Qui dixerunt:
Reginam Vastim non solum in
regem peccasse, sed etiam in omnes viros, qui regis incolerent provincias: Omnes enim
mulieres, divulgata hac de regina fama, exemplo hoc motas,
despectui maritos habituras
esse suas. Rex igitur superbam
uxorem dimisit, atque ne amplius in conspectum suum veniret, vetuit. Eodem quoque
tempore rex litteras in omnes
suas provincias misit, quibus
sanciebat, ut suæ quisque domi
vir imperaret. Omnes deinde
puellæ virgines facie elegantes
congregatæ sunt, ut puellam
rex,

Est. I, 11. 6.
12. 7.
15. 8.
16. 9.
17. 10.
19. 11.
22. 12.
II, 4. 13.

rex, quæ sibi placeret, in ma-
14. trimonium duceret. Inter il- Est. II, 8.
las reperta quoque est Judæa - - 7.
15. facie venusta nomine Estera,
16. orbata utroque parente, cujus - - 7.
patruus & tutor fuit Mardo-
chæus captivus Judæus eo de-
17. ductus. Omnes puellæ cum - - 17.
adducerentur ad regem, ei nul-
la pulchrior & gratior visa est
18. Estera. Hanc igitur pauper-
culam Assuerus uxorem duxit,
ejusque capiti regium impo-
nens diadema, eam pro Vasti
19. reginam fecit. Initio autem - - 20.
rex eam ex gente Judæa esse or-
tam ignoravit; tutor enim illi-
us Mardochæus, quominus
gentem suam & genus patefa-
20. ceret, prohibuerat. Mardochæ- - - 11.
us interim singulis diebus in
vestibulo regiæ domus obver-
sabatur, quo, quemadmodum
21. valeret Estera, sciret. Per id - - 21.
tempus duo regis spadones
conjurarunt & Assuero manum
22. afferre conati sunt. Quam rem - - 22.
ubi didicit Mardochæus Esteræ
in-

indicavit, quæ porro regi enun-
Est. II, 23. tiavit. Quæsita & deprehensa 23.
re illi spadones ambo in cru-
- - 23. cem sublati sunt, & ea res re- 24.
gis jussu in Annales relata est.
- VI, 3. Præmium autem, quo certe 25.
Mardochæus dignus fuisset, da-
tum non est.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quot provincias rex Assuerus tenuit imperio?
2. Quid in arce Susis paravit?
3. Quot dies duravit istud convivium?
4. Quo consilio id convivium rex egit?
5. Quid rex uxori mandavit suæ?
6. Quamobrem arcessitur regina Vastis?
7. Paruitne regina regis mandato?
8. Quidnam rex ex amicis suis quærit?
9. Quid regis amici reginæ verterunt vitio?
10. Cur eam in omnes provincias peccasse dixerunt?
11. Quodnam superba Vastis subiit judicium?
12. Quasnam litteras rex misit in provincias?
13. Unde rex duxit uxorem?
14. Quænam Judæa puella reperta est inter illas?
15. Quos habebat Estera parentes?
16. Quis ejus fuit tutor?
17. Quænam regi pulcherrima visa est puellarum?
18. Quo ergo honore affecta est Estera paupercula?
19. Novitne rex eam ex gente Judæa esse ortam?
20. Ubi obversabatur interim tutor ejus Mardochæus?

21.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0204
DFG

21. Quænam tum fuit conjuratio?
22. Quis rem ad regem detulit?
23. Qua pœna conjurantes affecti sunt?
24. Quo ea res relata est?
25. Quodnam Mardochæo præmium datum est.

Sententiæ utiles.

I. Ruinam fastus animi præcedit. Prov. XVI, 18.
Pulchra Vastis ambitionis vitio laborans cum ad regem venire recusaret, amisit regiam dignitatem.

II. Deus sæpe ab humo suscitat tenues. 1. Sam. II, 7.
Estera puella orba utroque parente ex serva captiva facta est Persarum regina.

III. Uxores, ut maritis suis pareant, æquum est.
Quam legem non solum Assuerus rex dedit, sed etiam Deus omnibus omnino uxoribus ita dixit: Pendebis a viro tuo, tibique ipse imperabit. Gen. III, 16.

Piæ Meditationes.

Pellitur a solio Vasthi cum turgida fastu est,
Ejus mox Ester prensat egena locum.
Opprimit & perdit fastus, quos fascinat omnes;
Verum mens humilis tollit & addit opes.
Hæc bene dum novi, mihi vera modestia semper,
Vitato fastu pulcher amictus erit.

Historia XLII.
de
Amane.
Est. III. - X. Cap.

1. REx Assuerus Amanem in Est. III, 1. tan-

tantum dignitatis fastigium e-
Est. III, 2. vexit, ut ei sedem supra omnes, 2.
quos apud se proceres habebat,
collocaret. Hunc quisque sub- 2.
misse venerabatur, quod ita de
- - 2. eo rex imperasset. At judæus 3.
Mardochæus, qui enutrierat E-
steram, eum pari modo venera-
- - 6. ri noluit. Quare Aman cona- 4.
tus est universos Judæos, quot-
quot erant in toto Assueri im-
- - 8. perio, perdere. Dixit igitur re- 5.
gi, Judæos habere leges ab o-
mnium gentium legibus alie-
nas, neque regis parere legibus.
- - 9. Simulque suasit regi, ut omnes 6.
- - 9. Judæi interficerentur: Hoc e- 7.
nim modo decem argenti ta-
lentorum millia posse in fiscum
- - 11. referri. Probato eo consilio 8.
rex Amani argentum, quod a-
pud Judæos occisos foret in-
- - 13. ventum, dono dedit. Scripto 9.
igitur regis promulgatum est,
ut certo quodam die omnes in
toto imperio Judæi occideren-
- IV, 7. tur. Quod ubi Mardochæus re- 10.
scivit, rem omnem reginæ E-
steræ

ſteræ exponit, hortaturque eam
ut regem pro ſuæ nationis ho-
11. minibus ſuppliciter oret. Ne- Eſt. IV, 11.
mini autem niſi vocato licitum
erat, ſine vitæ periculo accede-
re ad regem in interiorem au-
12. lam. Si vero cuiquam rex vir- - - 11.
gam auream porrigeret, vita ei
13. ſervata eſt. Atqui Eſtera ad re- - - 11.
gem triginta jam diebus non
14. accerſita erat, tandem vero ſeſe - V, 1.
colligens non vocata regie ve-
ſtita in atrium regiæ ingreſſa
15. eſt. Initio quidem eam rex adeo Fragm. Eſt. IV,
ferociter aſpexit, ut illa cultu e- 7.
jus perterrita mutato colore
16. collaberetur. Rex autem ani- - V, 2.
mo ejus divinitus ad manſue-
tudinem verſo Eſteram ſolatur,
eique porrigit auream virgam,
17. ut ejus caput oſcularetur. De- - 4.
inde a rege petiit, ut ſi ei vide-
retur una cum Amane ad con-
vivium, quod ei paraſſet, veni-
18. ret. Rex Eſteræ obſequens ve- - - 5.
nit ad convivium, & Aman ac-
cerſitus eſt, ut una cum rege
19. accumberet. Cum prandere- - - 6.
tur,

tur, Assuerus reginam Esteram adhortatur, ut a se quod vellet, postularet, etiamsi regni dimidium peteret, sese ei daturum.

Est. V, 8. Estera respondit se cras, quod 20.
rex juberet, facturam, orare se
interim, ut rex postero die &
Aman ad convivium, quod pa-
- - 9. raret, redirent. Aman igitur eo 21.
honore non parum delectans
- - 9. læto animo abit domum. Cum 22.
vero videret pro foribus regiæ
Mardochæum sibi neque assur-
gentem neque cedentem; uxo-
- - 13. ri suæ Zaresæ domi dixit: Se ne 23.
momento quidem esse animo
quieto, quamdiu ad regiæ fores
- - 14. sederet Mardochæus. Tum Za- 24.
resa uxor suadet, ut curet eri-
gendam crucem quinquaginta
cubitorum, & mane a rege con-
tendat, ut in eam tollatur Mar-
- - 14. dochæus. Quod consilium cum 25.
Amani valde probaretur, sta-
- VI, 1. tim crucem fecit. Ea autem 26.
nocte rex cum insomnis esset,
- - 1. jussit afferri rerum gestarum 27.
commentarios, repertumque
est

est scriptum de patefacta paucis annis ante a Mardochæo
28. conjuratione. Tum rex quæsi- Est. VI, 3.
vit, quid ex ea re honoris aut
dignitatis Mardochæus esset
29. consecutus? Cui vero respon- - - 3.
sum est, illum nec quicquam
30. esse consecutum. Oriente sole - - 4.
Aman venit ad regiæ atrium, ut
cum rege ageret de suspenden-
31. do Mardochæo in patibulo. In- - - 6.
tromissum Amanem sic rex est
allocutus: Quid homini fieri
debet, quem rex honore vult
32. affici? Ille respondit: Eum, - - 7.
quem rex vellet honoratum,
vestitu regio & corona ornandum, & equo, quo rex uteretur,
imponendum, & ante eum in
urbis foro, hunc in modum pro-
33. clamandum esse: Sic fit homi- - - 8.
ni, cui rex honorem vult habe-
34. ri. Quod consilium dedit cogi- - - 6.
tans neminem esse, cui rex plus
vellet honoris tribuere, quam
35. sibi. At rex: Abi, inquit, Amani,
36. propere, isto modo facito Mardochæo Judæo. Tum Aman - - 11.

coactus Mardochæum, quem maxime oderat, ornavit & in eqvum in urbis foro intulit.

Est. VI, 13. Quo facto Aman festinans se 37.
domum recepit, atque uxori,
quid sibi contigisset, narravit.
- - 14. Adhuc eis colloquentibus ad 38.
convivium, quod regina Estera
- VII, 2. paraverat, vocatus est. Rex eo 39.
die inter compotationem rursus monuit reginam Esteram,
- - 3. ut a se aliquid rogaret. Tum 40.
illa regi aperuit se esse gente Judæam rogitans, ut sibi suisque
popularibus vita concederetur.
- - 5. Rex statim: Quisnam istud fa- 41.
cere in animum induxisset?
- - 6. quærit. Amanem indicans E- 42.
stera: Hic est, inquit, conscele-
ratus inimicus & hostis Aman.
- - 7. Qua re audita rex iratus ex 43.
compotatione concessit in hor-
- - 7. tos palatii. Aman quidem a re- 44.
gina, ut pro vita sua oraret,
- - 10. submisse petiit; sed is miseri- 45.
cordia nulla dignus habitus in
cruce, quam ad ædes suas figendam curaverat, suspensus est.

De-

46. Decem ejus filii eodem honore Est. IX, 14.
sunt affecti, & cum patre in cru-
47. cem sublati. Mardochæus con- - X, 3.
tra apud regem eodem, quo
fuerat Aman, habitus est loco.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quemnam in summum dignitatis fastigium evexit rex Assuerus?
2. Quid de ejus honore imperaverat rex?
3. Quis vero ei tantum honorem non habuit?
4. Quid igitur Aman conatus est?
5. Qua de re Aman Judæos apud regem accusavit?
6. Quidnam regi suasit?
7. Quomodo Aman regi consilium commendavit?
8. Probavitne rex consilium?
9. Quid regis scripto promulgatum est?
10. Quisnam eam rem reginæ Esteræ exponit?
11. Potuitne Estera statim regem adire, eique rem aperire?
12. Cuinam vita servata est?
13. Quot jam diebus Estera ad regem non erat accersita?
14. Quid ea deinde se colligens fecit?
15. Quo animo Estera est affecta?
16. Quid tandem accidit?
17. Quidnam a rege petiit?
18. Obsecutusne est rex ei?
19. Quid rex cum pranderetur Esteram adhortatur?
20. Quid respondit regina?

21. Quo animo fuit Aman?
22. Quid vero ei pro foribus tædium attulit?
23. Quid Aman uxori suæ dixit?
24. Quid ei suadet uxor?
25. Probatumne est Amani illud consilium?
26. Quid ea nocte regi contigit?
27. Quomodo rex insomnem noctem duxit?
28. Quid rex quæsivit?
29. Quid ei responsum est?
30. Quid Aman oriente sole fecit?
31. Quid ex Amane scire voluit rex?
32. Quem honorem ei viro exhibendum existimavit Aman?
33. Quid ante eum proclamari voluit?
34. Quare Aman eum virum tam insigni honore affici postulavit?
35. Quid vero rex ei mandat?
36. Quem igitur Aman in eqvum in urbis foro intulit?
37. Cuinam, quid mali sibi accidisset, Aman narravit?
38. Quo vocatus est?
39. Quid inter compotationem rex Esteram monuit?
40. Quid tandem Estera a rege rogavit?
41. Quid rex quærit?
42. Quemnam Estera indicavit?
43. Quid eam rem graviter ferens rex fecit?
44. Quid Aman petiit a regina?
45. Quid ei tandem evenit?
46. Quosnam Aman in cruce habuit socios?
47. Quis in Amanis locum apud regem successit?

Sen-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0212
DFG

Sententiæ utiles.

I. Orandum est, ut ii, qui summum gerunt magistratum, bonos nanciscantur consiliarios.

Quemadmodum perfidi ministri regibus possint imponere, docemur Amanis pessimis consiliis.

II. Si quis Deo auspice ad magnos adscendit honores, propinquorum suorum humilium meminisse debet.

Estera & tutoris sui Mardochæi & universorum Judæorum captivorum meminit, habuitque curam.

III. Cum quid mali vel audimus vel videmus, laborandum est, ut id resciscat judex.

Mardochæus conjurationem regi indicandam curavit, sicque effecit, ut peccata punirentur.

Piæ Meditationes.

Vir celebris voluit despectum figere furca.
Quid fors non mutat mobilitate sua?
Hem! ventosus Haman corvos cruce pascit in alta;
Mardachum regis gratia larga beat.
Imprudens homini non ulli retia ponam,
Illum, qui temere læditur, ipse tegam.

Historia XLIII.

de

Jobo.

1. VIr fuit in regione Husa no- Job. 1, 1.
2. mine Jobus; homo inte- - - 1.

ger, probus, religiosus & a ma-
Job. I, 2. leficiis abhorrens. Huic septem 3.
filii & filiæ tres natæ fuerunt,
isque habuit pecudum & ar-
mentorum maximum nume-
- - 4. rum; inter filios tanta interce- 4.
debat amicitia, ut sæpius con-
- - 5. vivia agitarent. Diebus con- 5.
viviorum senex pater pro filiis
hostias immolabat, cogitans 6.
fieri posse, ut sui liberi volupta-
tibus indulgentes contra Deum
- - 6. peccavissent. Accidit autem 7.
quodam die, ut divi sive Ange-
li Dei convenirent, & apud Jo-
vam adstarent, cum quidem et-
iam Satan una cum eis adesset.
- - 7. Tum Jova Satani: Unde venis? 8.
inquit. Et Satan Jovæ respon- 9.
- - 7. dens: Ex peragranda, inquit,
- - 8. obeundaque terra. Jova: Ec- 10.
quid animadvertisti (inquit Sa-
tani) Jobum meum in terris vi-
rum incomparabili integritate
- - 9. & religione? Hic Satan Jovæ 11.
respondit: Jobum vero non
gratis esse religiosum, quem
eum in modum fortunasset
Deus.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0214
DFG

12. DEus. Tum Jova Satani: En quicquid habet, tibi in manum permittitur; sic tamen, ut ipsi 13. manum non afferas. Paulo post Jobus quatuor tristes ac- 14. cepit nuntios; quorum primus Sabæos irruisse, & boves & asinos cepisse narravit; alter retu- 15. lit: Lapsum de cœlo divinum ignem oves incensas confecis- 16. se. Tertius: Chaldæos cepisse 17. camelos commemoravit. Illo adhuc loquente adfuit quartus, qui ædes, in quibus epulæ fuissent, collapsas, & omnes ejus filios & filias enecasse, nuntia- 18. vit. Tum Jobus surrexit & lacerata toga, tonsoque capite procidit humi; tandemque De- 19. um venerans inquit: Jova dederat, Jova idem abstulit, Jovæ 20. nomini grates agantur. Alio tempore cum divi convenissent, starentque apud Jovam, Satan quidem etiam inter eos fu- 21. it, quem Jova interrogavit, numnam animum animadvertisset ad servum ejus Jobum?

Job. I, 12. - - 14. - - 16. - - 17. - - 18. - - 20. - - 21. - II, 1. - - 3.

Job. II, 4. At Satan dixit: Si Deus tantum tangeret injecta manu Jobi membra, eum Deo coram esse
- - 6. maledicturum. Et Jova Satani: Is tibi in manum datur, inquit,
- - 7. sed ab ejus vita cave. Igitur digressus a Jovæ conspectu Satan Jobum a planta pedum ad verticem usque tam diris ulceri-
- - 8. bus affecit, ut ille sumpta testa sese scaberet, idque sedens in
- - 9. medio pulvere. Cum eo modo angeretur, ejus uxor sic ei dicere: Adhuc tu perseveras in integritate tua? Age sane Deo gra-
- - 10. tias & morere. At ille: Insanarum more loqueris, inquit ei.
- - 11. Deinde tres ejus amici ad ejus ægritudinem levandam, eumque consolandum venerunt. Omnis eorum sermo eo collineavit, ut eum, cum Deus justus sit, impietatis arguerent.
Ebr. XII, 6. Injuriam autem sic ei fecerunt, cum DEus interdum non minus pios castiget, & confirmet,
Job. XXVII, 6. quam impios puniat. Jobus contra se plane innocentem con-

22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0216
DFG

conſcientia ſua fretus exiſtima-
32. vit; erravit autem & Jobus, Job. XL, 3.
cum non tam coram Deo, quam
hominibus juſtus deprehende-
33. retur. Diuturna inter eos fuit - XVI, 2.
contentio, & amicis aliquando
dixit Jobus: Omnes eos eſſe pro-
tervos, & nihil afferre ſolatii.
34. Dolore cum afficeretur acer- - III, 1.
biſſimo, eo adduci ſe paſſus eſt,
ut diem execraretur natalem.
35. Cruciatum alias patienter per- - II, 10.
ferens in pietatis ſtudio perſe-
36. veravit. Deus tandem ipſe ar- - XXXVIII, 1.
37. biter ex turbine reſpondit, cu- - XLII, 7.
jus ſententiæ ſumma erat, neu-
tram partem recte eſſe locu-
38. tam. Jobus ſupplex Deo factus
ſibi ipſe diſplicuit, eumque hu-
39. mi in pulvere pœnituit. Cui - - 10.
deinde Deus omnia, quæ habue-
40. rat, conduplicavit. Jobus & de- - - 13.
nuo genuit ſeptem filios & tres
41. filias, vixitque poſtea annos
centum quadraginta, viditque - - 16.
ſuos natos & nepotes ad quar-
tum genus.

Perſpicuæ Quæſtiones.

1. Quisnam vir habitavit in regione Huſa?

2. Quis qualisve vir fuit Jobus?
3. Quarum rerum Jobus fuit dives?
4. Concordesne erant ejus liberi?
5. Quid senex pater pro filiis faciebat?
6. Quamobrem Jobus pro filiis sæpius immolabat?
7. Quid interim in Dei conspectu accidit?
8. Quid Deus Satani dixit?
9. Quid Satan respondit?
10. Quid Deus ex Satane sciscitatus est?
11. Quidnam Satan de Jobi religione mentitus est?
12. Quid Deus Satani permittit?
13. Quot tristes accepit Jobus nuntios?
14. Quid primus narravit?
15. Quid alter retulit?
16. Quid tertius commemoravit?
17. Quid quartus nuntiavit?
18. Quid tum Jobus fecit?
19. Quidnam Jobus Deum venerans dixit?
20. Quid alio tempore apud Deum actum est?
21. Quid Deus Satanem rogavit?
22. Quid contra Satan ait?
23. Potestasne Satani a Deo datur affligendi sanctum Jobum?
24. Quid igitur Satan molitus est?
25. Quid Jobus ulceribus affectus agit?
26. Quid ejus uxor ei dixit?
27. Quibus verbis Jobus uxorem suam objurgat?
28. Quis ad Jobum consolandum venit?
29. Quo eorum sermo collineavit?
30. Utrum recte senserunt?
31. Quid Jobus de se existimavit?
32. Erravitne Jobus sic existimans?

33. Quid

33. Quid aliquando Jobus dixit amicis?
34. Quo tandem adduci se passus est Jobus?
35. Quemadmodum cruciatum alias pertulit suum?
36. Quis denique ea in causa fuit arbiter?
37. Quænam Dei fuit sententia?
38. Repugnavitne Jobus?
39. Qua demum ratione Jobus iterum exhilaratus est?
40. Quot filios postea genuit Jobus?
41. Quot annos porro vixit Jobus?

Sententiæ utiles.

I. Dominus Deus cognoscit pios.

DEus, Jobum integrum & probum esse, eumque sui in regione haud habere similem, non fuit nescius.

II. Dominus Deus interdum tentat pios.

Pari modo Deus Satani Jobum excruciandi, ejusque animum constantem probandi, dedit potestatem.

III. Dominus Deus solatur pios.

Deus omnia, quæ Jobus calamitosis diebus amiserat, conduplicavit.

Piæ Meditationes.

In Dominum Jobus pro se vult dicere caussam,
Post vero caussa se cecidisse videt.
Non est justus homo, Numen cum judicat, ullus.
Nam justus Deus est, ast homo quisque malus.
Ergo cum Domino supremo litigo nunquam,
Christo sit nostro tradita caussa mea.

Hi-

Historia XLIV.

de

Tribus Judæis in flagrantem igne fornacem conjectis.

Dan. III. Cap.

Dan. III, 1. NEbuchodonosor rex Baby- 1.
loniæ fecit aureum colos- 2.
- - 1. sum, altitudine cubitorum sexa-
ginta, latitudine sex, eumque in 3.
campo in Babyloniæ finibus e-
- - 5. rexit. Omnibusquoque, qui re- 4.
gi tum parebant, mandatum
est, ut procumbentes colossum
- - 6. illum venerarentur. Qui vero 6.
non procubuisset ac veneratus
fuisset, is e vestigio conjiceretur in ardentem igne forna-
- - 7. cem. Igitur simulac audiverunt omnes populi tubarum
aliorumque musicorum instrumentorum vocem, procide-
- - 14. runt colossum venerantes. Tres 7.
autem Judæi viri præclari Sidracus, Misacus & Abdenago,
colossum venerati non sunt.
- - 12. Quos rex adduci jubet, iterum- 8.
que eis mandat, ut venerarentur

tur colossum, nisi velint, confe-
stim in mediam flagrantis ignis
9. fornacem conjici. Quin ita con- Dan. III, 15.
tumelioſe dixit: Ecquis vero
Deus est, qui vos eripere possit
10. ex manu mea? Regi illi respon- - - 18.
derunt viri his verbis: DEus,
quem nos colimus, est ejusmo-
di, ut possit nos ex incensæ for-
nacis ardore servare, quod etsi
non ita faceret, scito tamen,
rex, nos erectum a te colos-
sum aureum non venerari.
11. Tum rex furore plenus jubet - - 19.
fornacem septuplo magis in-
cendi, quam ante erat accensa.
12. Et milites regis jussu homines - - 21.
tres colligatos cum vestimen-
tis suis in flagrantem igne for-
13. nacem conjiciunt. Tantopere - - 22.
vero incensa erat fornax, ut illi,
qui Judæos projiciebant, flam-
14. ma ignis extinguerentur. At illi - - 25.
tres homines in ardentem for-
nacem delapsi salvi ambula-
15. bant in media flamma, cum Asar. v. 49.
Angelus quidam eis adstans
vim flammæ ab eis arceret.

Quid?

Cant. v. 1. Quid? quod Deo suo in media 16.
flamma hymnum cecinerunt.
Dan. III, 25. Interea rex quatuor viros, cum 17.
tantum tres in ignem conjecti
fuissent, per mediam ambulan-
- - 26. tes fornacem vidit. Tum rex 18.
valde attonitus evocavit tres il-
- - 27. los homines ex igne. Prodie- 19.
runt ergo ne capillo quidem
capitis adusto, nec in eorum
vestimentis ignis odor percipi
- - 29. poterat. Quo facto Nebucho- 20.
donosor mandavit, ut ne quis-
quam Sidraci, Misaci & Abde-
nagonis Deo malediceret.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid Nebuchodonosor rex fecit?
2. Quantus erat ille aureus colossus?
3. Ubi erectus est ille colossus?
4. Quid populis regi parentibus mandatum est?
5. Quænam pœna statuta est in non parentes?
6. Quid populi fecerunt?
7. Quis vero colossum veneratus non est?
8. Quid mandat rex tribus Judæis?
9. Quid rex contumeliose dixit?
10. Quid illi tres viri responderunt?
11. Quid vero rex jubet?
12. Quid milites tribus hominibus faciunt?
13. Quid militibus accidit?

14. Quid-

14. Quidnam illi viri agebant in media flamma?
15. Quisnam eis adstitit in fornace?
16. Quid cecinerunt in fornace?
17. Quid in ea vidit Nebuchodonosor?
18. Quid igitur rex fecit?
19. Quæ hominum fuit species?
20. Quid Nebuchodonosor mandavit?

Sententiæ utiles.

I. Veritas tenenda est & defendenda ad extremum halitum.

Tres illi Judæi, quam primum divinæ legis præceptum negare, in ardentem igne fornacem conjici maluerunt.

II. Boni Angeli tuentur & custodiunt pios.

Ejusmodi Angelus adfuit tribus viris in flagrante fornace, eosque a vi flammæ tutos reddidit.

III. Ad religiosum cultum neminem decet cogere.

Imitari Nebuchodonosorem, qui colossum aureum, & ardentem igne fornacem hominibus proposuit, nefas est.

Piæ Meditationes.

Uri Judæi tres malunt igne camini,
Quam jussu regis lædere jura Dei.
Essetne & nobis veri confessio tanta?
Si membris nostris flamma parata foret.
A vero cedat ne maxima turba, verendum.
Ne tenter, fundam nocte dieque preces.

Hi-

HISTORIA XLV.

de

Daniele leonibus objecto.

Dan. VI. Cap.

Dan. VI, 3. DArius rex Babyloniæ cum 1.
vatem Danielem ob ingenii
præstantiam toti regno præfi-
- - 4. ceret, consiliarii id indigne fe- 2.
rentes, cuncti ad Danielem op-
primendum consenserunt.
- - 5. Quare a rege Dario extorserunt 3.
legem, cui parere non posset
Daniel; videlicet lege sancitum 4.
est, ut quisquis rem ullam ab
ullo præterquam a rege per tri-
8. ginta dies petivisset, conjicere- 5.
11. tur in specum leonum. Daniel 6.
legem illam non curans quo-
tidie ter flexis genibus verum
- - 14. Deum celebrat. Id ubi rex au- 7.
divit, magno dolore affectus a-
nimum ad Danielem liberan-
- 15. dum adjecit. Sed homines con- 8.
gregati non prius acquieve-
runt, quam Daniel in leonum
- - 19. specum esset conjectus. Quem 9.
rex Darius his prosecutus est

ver-

verbis: Deus tuus, quem tu as-
10. sidue colis, te tueatur. Rex Dan. VI, 17.
quoque saxum speluncæ ostio
admotum annulo obsignavit,
ne quis forte Danieli vim infe-
11. rat. Quid? quod cura fecit, ut - - 18.
rex incœnatus maneret, noctu-
12. que careret somno. Mane ipse - - 20.
festinanter ad leonum spelun-
cam contulit se, & Danielem in-
clamavit his verbis: O Daniel,
viventis Dei cultor, potuitne te
Deus iste tuus a leonibus de-
13. fendere? Daniel: DEus misso, - - 22.
inquit, angelo suo ora leonum
obstruxit ita, ut me non læse-
14. rint. Tum rex ingenti inde læ- - - 23.
titia affectus Danielem ex specu
15. jussit extrahi. Deinde jussit ho- - - 24.
mines, qui crimen in Danielem
conflaverant in leonum an-
trum una cum ipsorum liberis,
16. ac uxoribus conjici; quos, an- - - 25.
tequam antri solum contigis-
sent, leones corripuerunt, eo-
rumque membra comminue-
17. runt omnia. A rege postea edi- - - 26.
ctum positum est, ut in univer-

sa regni ditione terrori sit &
Fr. Dan. II, 2. formidini Danielis Deus. Po- 18.
stero tempore regnante Cyro
eratBabyloniis simulacrum no-
- - 2. mine Belus, in quod impende- 19.
bantur quotidie siliginis medi-
- 14. mni duodecim, oves quadra-
- - 15. ginta & vini metretæ sex. Quæ 20.
omnia sacerdotes, regi persua-
dentes simulacrum tantum re- 21.
quirere, consumere consueve-
- - 6. rant. Rem Daniel prodidit re- 22.
- - 13. gi, qui eam exploraturus ipse
Belo cibum apposuit, & templi 23.
ostium annulo suo obsignavit.
- - 16. Mane cum rex rediisset in fa- 24.
num, videns ostium adhuc ob-
- - 17. signatum, & cibum consum- 25.
tum magna voce exclamavit:
Magnus es, Bele, & omnis do-
- - 19. li expers. Daniel vero ridens 26.
monstrat regi virorum vesti-
gia & mulierum & puerorum.
- - 14. Sacerdotes enim de nocte ve- 27.
nerant, & una cum uxoribus &
liberis omnia in templo pere-
- - 13. derant, atque ebiberant. Daniel 28.
autem vespera præterita totius
tem-

templi solum cineribus con-
29. spergi jusserat. Tunc rex sa- Fr.Dan.II,20.
cerdotes comprehendit, & cum - - 21.
ab eis occultos introitus didi-
30. cisset, eos interfecit, & Belum
Danieli in potestatem dedit, qui
eum ejusque delubrum ever-
31. tit. Erat & Babylone draco ma- - III, 1.
gnus, quem venerabantur Ba-
32. bylonii. Daniel autem picem - - 5.
& adipem & pilos simul coxit,
& hinc confectas offas draconi
33. in os injecit, ex quo cum cre-
puisset ille; ecce vestra, inquit
34. Daniel, numina. Daniel tum - - 9.
a turba iterum in specum leo-
num injectus est, ubi sex fuit di-
35. es. Erant autem in eo specu - - 10.
36. leones septem, quibus cum
quotidie duo corpora & toti-
dem oves dari solitum esset;
37. per illud sextiduum eis nihil
38. datum est. Eodem tempore - - 11.
Habacucus vates in Judæa edu-
lium rus portaturus ad messo-
39. res, ab Angelo Domini vertice - - 14.
prehensus & capitis coma sub-
latus, Babylonem deportatus &

Fr. Dan. III, 17. super specum depositus est. Da- 40.
niel ubi cibum sumserat, DEI
Angelus Habacucum in locum
- - 18. suum reposuit. Rex septimo die 41.
ad specum accedens Danielem
- - 20. emisit; & ejus necis autores 42.
conjecit in specum, qui extem- 43.
plo ipso præsente sunt devorati.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quo honore rex Darius Danielem affecit?
2. Quid propterea mali Danieli accidit?
3. Insidiatine sunt regis consiliarii Danieli?
4. Quid lege sancitum est?
5. Quænam statuta est pœna in peccantes?
6. Curavitne Daniel illam legem?
7. Quo rex adjecit animum?
8. Quid vero egerunt homines scelerati?
9. Quibusnam verbis eum solatus est rex?
10. Quis saxum speluncæ obsignavit?
11. Quonam animo affectus est rex?
12. Quid postero die mane rex fecit?
13. Quid Daniel ex spelunca respondit?
14. Qui rex est affectus animo?
15. Quid adversariis Danielis accidit?
16. Quonam modo illos leones acceperunt?
17. Quodnam a rege edictum positum est?
18. Quodnam postea simulacrum coluerunt Babylonii?
19. Quantum in illud simulacrum quotidie impendebatur?

20.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0228
DFG

20. Quis ista libamina consumsit?
21. Quid sacerdotes regi persuadere sunt conati?
22. Quis dolum subesse regi prodidit?
23. Quonam modo rem exploravit rex?
24. Quid mane rediens rex vidit?
25. Quid rex exclamavit?
26. Quænam vestigia in fani pavimento apparebant?
27. Quis de nocte venerat in templum?
28. Qui factum est, ut conspici possent vestigia?
29. Quid rex a sacerdotibus comprehensis didicit?
30. Quanam pœna rex deceptores affecit?
31. Quid præterea Babylonii venerabantur?
32. Quid Daniel draconi coxit?
33. Quid accidit draconi?
34. Quid simul contigit Danieli?
35. Quot leones erant in eo specu?
36. Quid eis devorandum quotidie datum est?
37. Quamdiu nihil datum est eis?
38. Quid negotii erat vati Habacuco?
39. Quid accidit Habacuco rus ituro?
40. Quonam modo Habacucus domum rediit?
41. Quid septimo die accidit?
42. Quis conjectus est pro Daniele in specum?
43. Quid Danielis adversariis in specu evenit?

Sententiæ utiles.

I. *Veri cultus divini ratio & cura ubique habenda est.*
Daniel hucusque Deum verum quotidie terorans veneratus erat, quem morem etiam, cum hostes ei instarent, servavit.

II. Malum consilium consultori pessimum. A. Gell. N. A. L. V. c. 5.

Illud Danielis hostes, cum ipsi in speluncam conjicerentur, experti sunt.

III. Gentiles, quod cum Deo expostulent injuriam, certe non habent.

Babyloniis Deum verum agnoscendi non defuit occasio.

Piæ Meditationes.

Quaque die Dominum Daniel sanctus ter adorat,
Nec cessat, pœnas spectet adesse licet.
Tantus forte meis precibus si deficit ardor,
Non tamen ulla dies præterit absque prece.
Ad minimum Domino cantabo carmina mane,
Et tribuam laudes vespere voce mea.

Historia XLVI.
de
Urbe Ninive.
Jonæ I. II. III. & IV. Cap.

Jon. III, 3. Ninive erat urbs tridui iter 1.
- I, 2. patens. Ninivitæ autem 2.
nulla probitate erant, sed eorum scelera in Jovæ conspe-
- - 2. ctum adscenderant. Quare De- 3.
us Jonam vatem ad eos misit,
qui eos ad vitæ emendationem
- - 3. adhortaretur. At Jonas a Deo 4.
sibi

sibi imperata non fecit, sed na-
5. vem nactus fugit. Deus vero Jon. I, 4.
tantum ventum in mare conci-
tavit, tantaque tempestas in
6. mari coorta est, ut navis prope-
7. modum rumperetur. Qua re - - 5.
8. perterriti nautæ levandi navi-
gii gratia suarum rerum jactu-
9. ram facere; nihil autem opera
10. profecerunt sua. Jonas interea - - 6.
degressus ad navis latera, cu-
11. bans dormivit. Quem nautæ
aggressi hortati sunt, ut suum
quoque Deum ceterorum mo-
12. re invocaret. Deinde inter se - - 7.
ita dictitare: Agite, jaciamus
sortes, ut sciamus, ecquis no-
13. bis hujus mali causa sit? Sorti-
bus jactis designatus est Jonas; - - 10.
14. qui statim confessus est, se e Dei,
quem revereretur, manibus e-
15. labi voluisse. Ipse & illis, ut se - - 12.
tollerent, & in mare dejicerent,
suasit: Ita enim placatum iri
16. mare. Sublatum ergo Jonam
homines in mare dejecerunt,
17. atque id sævire desiit. Præpa-
raverat autem Jova ingentem - II, 1.

piscem ad Jonam absorben- 18.
dum, cujus in piscis ventre fuit
Jonas tres dies ac tres noctes.
Jon. II, 2. Quibus in angustiis Jonas Deum 19.
invocavit, & Deus ejus ex orci 20.
ventre orantis vocem exaudi-
- - 11. vit, & piscis Dei jussu Jonam 21.
incolumem in terram evomuit.
- III, 1. Tum Deus Jonæ iterum man- 22.
datum dedit, ut Ninivem pro-
ficisceretur, & Ninivitas, quo se
- - 4. emendarent, moneret. Obse- 23.
quens Dei mandato Jonas tan-
dem in urbem veniens procla-
mavit fore, ut post quadragin-
ta dies Ninive everteretur, ni
homines ad meliorem redirent
- - 5. frugem. Urbis incolas, id ubi 24.
audiverunt, peccatorum pœni-
tuit, ipsique Deo supplicarunt.
- - 6. Rex ipse deposito insigni suo 25.
operuit se centone & sedit hu-
- - 7. mi; jussitque per urbem pro- 26.
nuntiari, ne homines, neve pe-
cora quicquam gustarent, neve
- - 8. pascerentur. Itaque Deus do- 27.
lore eorum cognito cohibuit
se, & a pœna, quam in eos irro-
gare

28. gare ſtatuerat, abſtinuit. Quæ Jon. IV, 1.
res usque adeo Jonæ diſplicuit,
29. ut mori optaret, quod, ſicut
fuerat vaticinatus, non ita eve-
30. nerat. Impatiens igitur egres- - - 5.
ſus ex urbe non procul ab ea
Jonas fecit ſibi umbraculum,
ſub quo in umbra maneret, do-
nec videret, quid urbi accide-
31. ret. Præparaverat autem Deus - - 6.
cucurbitam, quæ vatis capiti
32. præberet umbram. Qua cucur-
bita quidem Jonas magnopere
gaviſus eſt, ſed lætitia ejus mi-
33. nus diuturna fuit. Deus enim - - 7.
miſit vermem, a quo perſtricta
34. cucurbita exaruit. Sol deinde - - 8.
exortus Jonæ caput feriebat
adeo, ut æſtuans mortem de-
35. nuo oraret. Tum Deus: Tu - - 10.
cucurbitæ cauſſa moveris, in-
quit, quam nec elaboraſti, nec
auxiſti; ego non movear ob - - 11.
Ninivem tantam urbem?

Perſpicuæ Quæſtiones.

1. Quanta fuit urbs Ninive?
2. Probine erant urbis incolæ?
3. Quem vatem Deus miſit ad eos?

4. Utrum Jonas imperata fecit?
5. Quid Deus in mare concitavit?
6. Quid in mari coortum est?
7. Quid facere nautæ cœperunt?
8. Cujus rei gratia?
9. Transiitne ergo tempestas?
10. Quid Jonas interea egit?
11. Quid eum nautæ hortati sunt?
12. Quid navigantes tandem inter se dictitarunt?
13. Quisnam sortibus jactis designatus est?
14. Quid deinde Jonas confessus est?
15. Quid Jonas ipse suasit?
16. Quid igitur Jonæ fecerunt?
17. Quid Jonæ in mare dejecto accidit?
18. Quot dies Jonas in piscis ventre fuit?
19. Quid Jonas in angustiis fecit?
20. Numquid orando profecit?
21. Quid piscis Dei jussu fecit?
22. Quodnam Jonæ Deus mandatum dedit?
23. Quidnam Jonas Ninivitas monuit?
24. Numquid curarunt Ninivitæ vatis correctio-
25. Quid rex re audita egit? (nem?
26. Quid rex jussit?
27. Movitne hominum dolor Deum?
28. Placuitne ea res Jonæ?
29. Cur eam rem adeo molestè tulit Jonas?
30. Ubinam Jonas sibi fecit umbraculum?
31. Quid præparaverat Deus?
32. Gavisus est Jonas cucurbita?
33. Quid vero cucurbitæ accidit?
34. Quid Jonas cucurbita arefacta dixit?
35. Quibusnam verbis Deus vatem reprehendit?

Sen-

Sententiæ utiles.

I. Proverbium recte habet: Magnarum urbium magna esse scelera.

Maritima urbs Ninive tanta nequitia scatebat, ut Deus eam funditus evertere constitueret.

II. Præcones sacri, qui, ut nos de admissis delictis doleamus, adhortantur, audiendi sunt.

Ninivitæ, dum parebant vati, urbis exitium non viderunt.

III. Jonas vates repræsentavit Christum.

Cantamus enim in templis diebus paschæ festis Christum celebrantes: Eum instar Jonæ latentis in piscis ventre triduum, tridui spatio in monumento fuisse.

Piæ Meditationes.

Mox peccatorum Ninivitas pœnitet omnes,
Cum Jonas, urbs quod sit peritura, docet.
Sed summus Dominus miseretur gentis iniquæ;
Criminis hinc memorem me Ninivita facit.
Præco sacer quoties inquit: Convertite vosmet,
Et de peccatis rite dolebo meis.

Historia XLVII.

de

Juditha.

Judith. a c. I. - XVI. Cap.

1. NEbuchodonosor habuit suarum copiarum imperatorem Jud. II, 4.

rem

Jud. II, 6. rem nomine Olofernem, qui 2.
cum ingenti exercitu ex regio-
ne in regionem proficiscens
- - 16. omnes, qui resistebant, homi- 3.
- IV, 7. nes trucidavit ferro. De quo 4.
cum fama ad Israëlitas esset
perlata, ei Deum obnixe invo-
care, & jejuniis intenti esse cœ-
perunt, atque se contra hostis
impetum defendere statuerunt.
- VII, 1. Mirans eorum conatum Olo- 5.
fernes omni exercitui, ut Be-
tuliam, quæ Judæorum urbs
erat bene munita, contendat,
- V, 2. mandat. Scisciatus vero ante 6.
est, qualis Judæorum gens es-
set, & qua in re positum sit eo-
- - 3. rum robur & potentia? Tum 7.
Achior respondens suasit, ut ex-
- - 22. ploret, utrum Judæi in offensa
sint apud Deum suum nec ne?
Eos enim si quid commisissent, 8.
facile armis posse vinci; sin ve- 9.
- - 23. ro nihil ab eis contra ipsorum
Deum commissum esset, tum
Assyrios totius orbis probra
- VI, 5. subituros. Quo sermone ad iram 10.
commotus Olofernes Achio-
rem

rem Betuliam Israëlitis tra-
11. dendum perduci jussit, ut illic
eodem cum illis afficeretur sup-
12. plicio. Olofernes deinde tubos, Jud. VII, 10.
per quos fontes in oppidum in-
fluebant, intercepit, fontesque
extra urbem militum præsidio
13. munivit. Tum oppidani tanta - - 21.
aquæ penuria laborarunt, ut se
dedere, quam siti perire mal-
14. lent. Tandem omnes in eam - - 22.
iverunt sententiam, ut dies ad-
huc quinque durarent, nisi il-
lis diebus sibi foret Deus auxi-
lio, tunc sese urbem tradituros.
15. Erat autem ea tempestate for- - VIII, 4.
mosa vidua in oppido nomine
Juditha, quæ illud denique ab
obsidione Assyriorum libera-
16. vit. Illa enim, quod haberet in - - 27.
animo, aperuit nemini, adhor-
tataque tantum est cives, ut pro
ea sedulo Deum orarent; cui
17. mulieri & illi paruerunt. Egres- - X, 14.
sa ergo ex urbe intravit hosti-
um castra, pollicitaque est, se
viam aperte demonstraturam
esse, qua Assyrii oppido com-
mode

Jud. XI, 13. mode potirentur. Petiit autem 18.
ab Oloferne, ut juberet sibi per-
mitti mane & vespere ex castris
egredi ad preces, donec rem
- XII, 6. perfeciſſet ſuam. Olofernes ei 19.
favens ſtipatoribus imperavit,
ut ne ea cum ancilla exire tri-
- - 12. duum prohiberetur. Quarto 20.
die Olofernes dixit, ſibi turpe
eſſe, ſi mulier tam venuſta fa-
cie ab Aſſyriis ſine congreſſu di-
mitteretur, eamque ad convi-
- - 18. vium invitavit. Venientem ſic 21.
ille alloquitur: Aſſide, bibe ſa-
ne & voluptati nobiscum in-
dulge: Nam nobis places. Cui
- - 19. Juditha: Bibam vero, domine; 22.
nam hic mihi dies in omni vita
mea multo clariſſimus illuxit.
- - 17. Pulchram autem Judithan de- 23.
- - 21. periens Olofernes tantum vini
hauſit, quantum nunquam per
omnem vitam uno die biberat.
- XIII, 1. Famuli etiam ejus fuerant in 24.
ſua cubilia dilapſi, quod eſſent
omnes prolixiore defeſſi com-
- - 3. potatione. Poſtremo in taber- 25.
naculo præter Olofernem, qui
vino

vino perfusus in lecto suo jace-
26. bat, fuit nemo. Juditha igitur Jud. XII, 6.
ad lectum accessit & lacrymans
dixit: Confirma me, Domine,
DEus Israëlitarum, hodierno
27. die. Tum Olofernis acinacem - - 7.
de lecti ejus columella detra-
28. hens ejus aput amputavit. An- - - 10.
cilla, quæ ad manum erat, ca-
put Olofernis statim in peram
29. indidit. Primo mane Juditha, - - 11.
ut erat solita, cum ancilla ad - - 12.
30. precandum exivit; illuc vero
non rediit, sed festinanti pede
studuit ante solis ortum acce-
31. dere ad urbem. Senatores igi- - - 19.
tur cum in urbis foro conve-
nissent, ea caput Olofernis ex
32. pera prolatum ostendit. Hic - XIV, 7.
omnes attoniti Deum supplici-
ter venerati sunt, & orto inte-
rea sole obsesi armis sumtis e-
33. ruperunt. Quos cum conspica- - - 12.
rentur Assyrii eis illudentes
mures ex suis cavernis egres-
sos dixerunt, atque ad Olofer-
nis tabernaculum tumultuan-
tes strepitum ediderunt de in-
du-

Jud. XIV, 13. dustria illius excitandi gratia, dum eum Juditham in amplexibus tenere, & cum ea dormi- 34.
- - 16. re suspicabantur. Introgressi 35.
tandem in tabernaculum, invenerunt quidem sui imperatoris truncum, sed caput a Juditha subductum animadverte-
- XV, 1. runt. Hac re audita milites ca- 36.
stris relictis diversi fugere cœ-
- - 13. perunt, & Betulienses tantam 37.
in Assyriorum castris prædam ceperunt, ut ea triginta diebus
- XIV, 6. vix posset distribui. Achior 38.
Ammonita verum Deum agnovit, atque Judæorum sacris se
- XVI, 1. addixit; & Juditha exorsa est 39.
carmen, Deumque suum laudavit.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quemnam Nebuchodonosor habuit imperatorem?
2. Quid Olofernes gessit?
3. Quid resistentibus fecit?
4. Quid consilii fuit Israëlitis?
5. Quam Olofernes obsedit urbem?
6. Quidnam ante scisitatus est?
7. Quid tum Achior respondit?

8. Quid

8. Quid futurum dixit, si Judæi essent in offensa apud Deum suum?
9. Quid vero, si nihil contra Deum commisissent?
10. Quid Achiori ita respondenti accidit?
11. Quamobrem Olofernes eum Betuliam deduci jussit?
12. Quo consilio interim Olofernes usus est?
13. Cujusnam rei penuria laborarunt obsidione cincti?
14. In quamnam tandem omnes cives ivere sententiam?
15. Quisnam Betuliam ab obsidione liberavit?
16. Quid adhortata est Juditha cives?
17. Quidnam Juditha Assyriis pollicita est?
18. Quid vero Juditha ab Oloferne petiit?
19. Paruitne ejus precibus Olofernes?
20. Quemnam Olofernes Judithæ habuit honorem?
21. Quemadmodum Olofernes venientem Juditham alloquitur?
22. Quid Juditha ei blandiens respondit?
23. Quomodo affectus est Olofernes cum cœnaret?
24. Quid famuli egerunt?
25. Quis postremo relictus est in tabernaculo?
26. Quid Juditha Deum oravit?
27. Quid Juditha Oloferni fecit?
28 Quo Olofernis caput retulit?
29. Quid Juditha primo mane fecit?
30. Rediitne illa in castra?
31. Quid novi oppidanis attulit?
32. Quid igitur Betulienses egerunt?
33. Quid Assyrii exeuntibus Betulienfibus illudentes dixerunt?

34. Quid de Oloferne cubitu non surgente suspicabantur?
35. Quid in tabernaculo illud ingressi invenerunt?
36. Diutiusne urbem in obsidione tenuerunt?
37. Prædamne opimam fecerunt Betulienses in Assyriorum castris?
38. Quid Achior statuit?
39. Quid Juditha denique exorsa est?

Sententiæ utiles.

I. Sapienter a majoribus dictum est, Dei sapientia & hominum stultitia gubernari mundum.

Olofernes stulte fecerat, nimium cum se oneraſſet vino. Poculis enim bene tincto caput abscinditur, & Betulia liberatur; unde Dei cognoscitur sapientia.

II. In bello fortissime hosti resistitur precibus.

Nisi precati fuissent Betulienses, Juditha utrum tantum facinus edere potuisset, dubium est.

III. Maximus cum Deus res gerit, utitur sæpe hominibus non maximis.

Olofernes non manu fortissimi ducis, sed imbellis mulieris occiditur.

Piæ Meditationes.

Obsidione diu concluſa Betulia monstrat,
Esse expectandum, dum Deus ipse juvet.
Per viduam Dominus temulentos territat hostes,
Cum civis querulus quilibet optat opem.
Non desperabo, cum pestis, bella, famesque,
Grassantur: Dominus spes mea semper erit.

Hi-

Historia XLVIII.

de

Senioris Tobiæ calamitate.

Tob. I. II. & III. Cap.

1. TObias senior ortus ex tribu Tob. I, 1.
Naphthalensi fuit vir magna
2. probitate & dexteritate. Filium - - 10.
habuit unicum, eodem patris
nomine appellatum Tobiam,
3. qui a puero ad pietatem fuerat
4. informatus. Degit autem ille - - 2.
5. in urbe Ninive, postquam eo
cum Israëlitis captivus erat de-
ductus. Cum toto animo re- - - 13.
vereretur Deum, Dei benefi-
cio quoque ei, quo vellet, ire
6. permissum est. Multi popula- - - 21.
rium ejus captivorum interfe-
cti ne humati quidem sunt.
7. Quod si igitur Tobias quen- - 11, 3.
dam suorum consanguineo-
rum occisum in quodam urbis
vico jacere audiret, ivit noctu
8. eum sepultum. Accidit vero, - - 10.
ut, cum is aliquando labore de-
fatigatus domum rediret, & cu-
bitum discederet apud parie-

Tob. II, 11. tem dormiturus, avicularum 9.
(passerum) stercus calidum in
ejus oculos decideret, atque eo-
- - 15. rum aciem perderet. Cognati 10.
primum eum miserum deri-
dentes ita dixerunt: Ubi est
spes tua, qua fretus benigne fa-
- - 20. ciebas egentibus? Deinde ejus 11.
uxor quodam die domum at-
- - 21. tulit hædum, cujus balatu au- 12.
dito Tobias eam admonuit, ut,
- - 22. ne sit furtivus, caveret. Qua re 13.
adeo excanduit, ut virum pro-
pter miseriam quotidie probris
- III, 6. incesseret. Tandem Tobias 14.
mortem, quam vitam, potio-
rem existimans DEum edito
ploratu, ut sibi animum eripe-
- - 7. ret, rogavit. Fuit vero Ecba- 15.
tanis in Mediæ regione alius ca-
- - 7. ptivus Israëlita nomine Raguel
unicam habens filiam nomine 16.
Saram vocatam. Ea quidem 17.
septem fuerat elocata viris, qui 18.
- - 8. tamen singuli a maligno dæ-
mone Asmodæo prima nocte
- - 9. erant interfecti. Quod illi an- 19.
cilla domi patris exprobans sic
dixit:

20. dixit: Cur tuos viros interimis? Tob. III, 10.
visne eodem me modo inter-
21. ficere? Hoc audito opprobrio - - 12.
Sara in cubiculum ascendit, tri-
duoque jejunans & assidue plo-
22. rans a Deo, ut se ab ista libera-
23. ret contumelia, petiit. Precum - - 13.
factura finem his verbis Deum
laudavit: O Deus, post tempe-
statem tranquillum facis, & post
lacrymas & fletum lætitiam
24. abunde affers. Ita precata est - - 25.
Sara eadem hora Ecbatanis,
qua in oppido Ninive Tobias
25. mori optaret. Atque eodem - - 24.
tempore preces amborum, li-
cet longe inter se abessent, ex-
26. auditæ sunt, Angelusque Ra- - - 25.
phaël, qui utriusque mederetur malo, missus est.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quis homo Tobias senior fuit?
2. Quo nomine appellatus est ejus filius?
3. Quomodo fuerat ille informatus?
4. Ubinam vero degit senior Tobias?
5. Quid ei captivo permissum est?
6. Quid mali ejus captivis popularibus accidit?
7. Quodnam beneficium Tobias in suos contulit?

8 Quo cubitum diceſſit Tobias domum rediens?
9 Quid paſſeres ſive hirundines tum demiſerunt?
10. Quid cognati cæco fecerunt viro?
11. Quid Tobiæ uxor domum attulit?
12. Quid Tobias audito hædi balatu dixit?
13. Fuitne admonitio grata uxori?
14. Quid miſer ille Tobias Deum rogavit?
15. Quisnam alius captivus Ecbatanis fuit?
16. Quot ille habuit liberos?
17. Quotnam viris Sara fuerat elocata?
18. Ubinam gentium erant illi viri?
19. Quis illi eam rem exprobravit?
20. Quid ei ancilla temere dixit?
21. Quid Sara poſtea fecit?
22. Quidnam a Deo petiit?
23. Quid Sara precum factura finem dixit?
24. Quis eadem hora in urbe Ninive oravit?
25. Cujusnam preces exauditæ ſunt?
26. Quisnam Angelus de cœlo eis miſſus eſt?

Sententiæ utiles.

I. Tobias filium a puero ad pietatem erat adhortatus, informaveratque.

Si quis velit bene moratos habere liberos, eos tenera cum ſint ætate, non quemadmodum molliter & delicate, ſed quemadmodum ſobrie & pie ſit vivendum, doceat, neceſſe eſt.

II. Sara cum contumeliis afficeretur, ea de re apud Deum eſt conqueſta.

Recte

Recte sic agitur. Probra enim probris rependere, a verorum Christianorum moribus quam longissime debet abesse.

III. Tobias cæcus sibi obitum exoptavit, Deus vero ei visum restituit.

Idem ille Deo mos est, cum res terrestres ab eo efflagitamus. Preces, si Deo quidem confidimus, semper audiuntur; non vero omni tempore, quæ volumus, accipimus; sed Deus, quæ ejus est sapientia atque benignitas, sæpe alia, & non raro meliora, quam quæ petiimus, nobis distribuit.

Piæ Meditationes.

Expertus probus est næ fata siniſtra Tobias,
At non deflexit de pietate sua.
Sæpe, supreme Deus, tibi verba precantia fundo,
Infelix ne unquam sim velut ille fuit.
Sed si scire, fide qua sim, vis, objice molem,
Sim licet afflictus, te peramabo Deum.

HISTORIA XLIX.

de

Tobiæ juvenis itinere.

Tob. IV. V. & VI. Cap.

1. TObias senex decem argenti Tob. IV, 21.
talenta mutuo dederat ho-
2. mini in Ragensi Mediæ provincia, cognatione sibi propinquo,
3. nomine Gabeli, qui chirogra-

phum dederat. Ad quem cum 4.
pater filium suum Tobiam
proficisci,& pecuniam ab eo re-
Tob. V, 4. petere vellet; hic egressus est 5.
ad quærendum fidelem homi-
nem, qui secum in Mediam
- - 5. proficisceretur, invenitque ele- 6.
gantem juvenem accinctum ad
- - 6. iterRaphaëlemAngelum,quem 7.
Deus, ut esset itineris comes,
de cœlo miserat. Ignoravit au- 8.
tem Tobias esse Angelum, cum
eum hominis speciem habere
- - 8. videret. Alloquens ergo juve- 9.
nem quæsivit, nosse tne viam,
- - 9. qua eatur Ragem? Cui Ange- 10.
lus respondit, se sæpe quidem
illic fuisse, seque aliquando u-
sum fuisse Gabelis hospitio.
- - 11. Quo sermone Tobias juvenis 11.
valde delectatus est, cum eun-
dem nominari audiret Gabe-
lem, a quo pecunia esset po-
- - 11. scenda; quare ocyus rem patri 12.
- - 12. enuntiatum ivit. Accersitus 13.
Angelus, & ad Tobiam senem
ingressus: Salve, divine vir, in-
- - 13. quit. At cæcus ille ita respon- 14.
dit:

dit: Qui possum salvus esse, qui
oculis captus sedeo cæcus in te-
15. nebris. Cui Angelus: Bono a- Tob. V, 14.
nimo esto, inquit, Deus te pro-
pediem sanabit. Omnibus igi-
16. tur, quæ ad profectionem re- - - 24.
quiri videbantur, paratis, filius
patrem matremque osculatur.
17. Pater quidem tranquillo animo - - - 23.
filium dimittens ita dixit: Pro-
ficiscimini bona cum pace, De-
us vos sospites & ducat, & re-
ducat, & vobis hoc iter ductu
18. Angeli prosperet. Mater vero, - - - 25.
quod deliciæ, quibus ætate jam
provecta maxime cuperet frui,
dimittendæ erant, acerbissime
19. flevit. Tobias igitur & Ange- - VI, 1.
lus digressi sunt comitante ca-
20. ne ex patris domo. Cum iter - - 2.
unius diei feciſſent, Tobias ju-
venis accesit ad flumen Ti-
21. grim lauturus pedes. Ubi eo - - - 2.
pervenit, exiit repente piscis
quidam immanis de flumine
22. ad eum devorandum. Tum - - - 3.
perterritus Tobias advocans
comitem exclamare voce ma-

Tob. VI, 4. gna: Invadit me, domine. Et 23.
Angelus: Cape, inquit, piscem
branchiis, & ad te extrahe.
- - 5. Cumque ille cepisset, & piscis 24.
in terram extractus ante pedes
palpitaret; divide medium, di- 25.
xit ei Angelus, & cape cor, je-
cur & fel, quæ omnia penes te
- - 8. reponas. Tobiæ interrogan- 26.
ti, quis harum piscis partium
- - 10. sit usus? respondit Angelus, eas 27.
esse ad dæmonicos spiritus fu-
gandos & ad albuginem ocu-
- - - 11. lorum sanandam idoneas. Iter 28.
cum pene confecissent, Tobias
cœpit esse sollicitus, quonam di-
- - 12. verterent? Cui dixit Angelus 29.
ita: Divertemur ad Raguelem,
qui habet unicam filiam forma
præstantem, nomine Saram:
- - 13. Tibi debetur ejus omnis hære-
ditas, siquidem is tibi filiam su-
- - - 15. am dabit in matrimonium. At 30.
Tobias respondit, audisse se,
eam jam septem nupsisse viris,
qui priusquam venissent in e-
jus amplexum, ab Asmodæo
dæmonum rege fuissent inter-
fecti.

31. fecti. Cui Angelus primum, in quos dæmon haberet potesta- Tob. VI, 17. - - 18.
32. tem, ostendit, videlicet, qui in matrimonium convenirent, ut expertes & immemores Dei, more brutorum animalium va-
33. cent libidini. Deinde eum, - - 19. quemadmodum dæmonem
34. conjugio infestum arceret, do- - - 19. cuit, suadens, ut prioribus tribus matrimonii diebus vacaret
35. precibus, atque piscis jecore - - 20. prunis impositio faceret suffitum; tum enim in eum dæmonem habiturum nullam esse potestatem.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quantum pecuniæ mutuo dederat senex Tobias cuidam consanguineo?
2. Quonam nomine vocatus est ille debitor?
3. Acceperatne Tobias a debitore chirographum?
4. Quem Tobias repetitum pecuniam mittere voluit?
5. Quid igitur quæsivit juvenis Tobias?
6. Quem invenit comitem?
7. Quisnam fuit ille juvenis?
8. Cognovitne eum Tobias?
9. Quid ex eo quæsivit juvenis Tobias?
10. Quid Angelus respondit?

11. Delectatusne est Tobias ea responsione?
12. Cuinam eam rem Angelum relinquens enuntiavit?
13. Quibusnam verbis salutavit Angelus senem Tobiam?
14. Quid cæcus ille respondit?
15. Quomodo eum Angelus consolatus est?
16. Quid juvenis abiturus egit?
17. Quidnam ei pater precatus est?
18. Quid vero mater fecit?
19. Quis eos comitatus est?
20. Quid sibi voluit Tobias ad flumen accedens?
21. Quid exiit ex flumine?
22. Quid Tobias comiti dixit suo?
23. Quid Angelus ei suasit?
24. Cepitne Tobias piscem?
25. Quidnam de pisce Angelus Tobiæ mandat?
26. Quid Tobias interrogavit?
27. Quid Angelus ei respondit?
28. Qua de re Tobias fuit sollicitus?
29. Quid ei aperuit Angelus?
30. Quis scrupulus fuit Tobiæ?
31. Quid suo sermone Angelus ostendit?
32. In quosnam conjuges dæmon habet potestatem?
33. Quid Angelus eum porro docuit?
34. Quidnam suasit de ineundo matrimonio?
35. Quomodo dæmonem conjugio infestum pellendum dixit?

Sententiæ utiles.

I. *Angelus Raphaël forma elegantis juvenis adfuit.*

Unde

Unde patet, Angelos, qui corporei & adspectabiles non sunt, posse paulisper hominis formam induere.

II. Senex Tobias filio profecturo prospera precatus est.

Majore ergo laude dignus est, quam parentes ii, qui irati in liberos omnia maledicta conferunt.

III. Cæcus Tobias dixit, se, cum in tenebris sedendum sit, salvum & lætum esse non posse.

Cujus miseriæ memores Deo, quod nobis oculos, aures, intellectum & sensus dederit, & jam conservet, quotidie gratias agamus.

Piæ Meditationes.

Instar custodis præsens est Angelus illis,
Cum Tobia parili qui pietate vigent.
Verum qui gaudent pravis ridentibus æqvum,
Accipiunt socium dæmona sorte malum.
Ergo vias Domini quæram, dum vixero, semper,
Angelus ut sanctus possit adesse mihi.

HISTORIA L.

de

Tobiæ juvenis matrimonio.

Tob. VII. VIII. IX. X. & XI. Cap.

1. TObias, ubi Ecbatana perve- Tob. VII, 1.
nit, divertit ad Raguelem
2. consanguineum suum; qui - - - 2.
cum eum comiter accepisset,
sic

sic uxorem clam allocutus est:
Tob. VII, 2. Quam similis est hic juvenis 3.
Tobiæ fratri meo? Hospes er-
- - 3. go, undenam essent? quæsivit; 4.
- - 4. cui illi responderunt: Sese esse 5.
ex captivis, qui habitarent in
urbe Ninive. Id ut audivit Ra- 6.
- - 5. guel, statim, valeretne Tobias
- - 6. senex? interrogavit. Cui Ange- 7.
lus ita dixit: Is vir, de quo quæ-
- - 7. ris, juvenis istius pater est. Hic 8.
Raguel in Tobiæ complexum
accurrit, & osculans eum: Jo-
vam tibi precor secundum, in-
quit, fili: Nam ex viro bono &
- - 8. probo natus es. Uxor vero & 9.
filia Raguelis præ gaudio fle-
- - 9. verunt. Raguel convivium ma- 10.
- - 10. ctato ariete paravit; Tobias ve- 11.
ro ante cibum sumere noluit,
quam ejus precibus Raguel re-
- - 10. liquisset locum. Petiit autem, 12.
ut sibi Sara filia in conjugium
- - 11. traderetur. Raguel isto sermo- 13.
ne non parum turbatus est, ve-
rens, ne Tobiæ idem, quod se-
- - 12. ptem illis viris, eveniat. Ange- 14.
lus vero eum ita alloquitur:
Ho-

Homini religioso filia tua debetur in matrimonium, ideoque ea potiri nemo alius potuit.

15. Quod ubi pater audivit, prehendit Saram, ejusque manum Tobiæ manui applicans dixit — Tob. VII, 15.

16. ita: Deus Abrahami, Isaaci & Jacobi vobis adsit, animos vestros conjungat, & sua erga vos — 15.

17. benignitate utatur. Cum se deinde Tobias primum cum sponsa in cubiculum reciperet, fugavit in primis malum dæ- — VIII, 1.

18. monem Asmodæum. Nam jecur piscis in thuribulum impo- — 2.

19. suit, suffitumque fecit. Quo nidore olfacto, Asmodæus ad Ægypti extremitatem fugit, ubi eum Raphaël Angelus colliga- — 3.

20. vit. Postea novi conjuges tribus diebus, ut Deus eis in conjugio esset auxilio & tutelæ, suppliciter orarunt. Tobias e- — 4.

21. nim ita ajebat: Nos sumus sanctorum progenies, nefas est, ita conjungi nos, ut ignaræ Dei — 5.

22. gentes solent. Raguel interim noctu sepulcrum effodiendum cura- — 11.

Tob. VIII, 12. curavit, suspicans Tobiam ab 23.
eodem malo dæmone iri inter-
- - 14. emtum. Misit ergo ancillarum 24.
unam in cubiculum, quæ vi-
deret, an sponsus adhuc esset
- - 16. vivus? Quæ cum ambos simul 25.
salvos suaviter cubantes offen-
- - 17. disset; Raguel ejusque uxor 26.
Deo maximo miras gratias e-
- - 19. gerunt, atque famulis suis, ut 27.
sepulcrum obducerent ante di-
- IX, 6. luculum, mandarunt. Angelus 28.
Raphaël interim sumto chiro-
grapho Ragem domum Gabe-
lis ire contendit, & rediens pe- 29.
cuniam attulit, & adduxit Ga-
- - 8. belem, qui veniens eorum nu-
ptiis congratulatus est, Deum-
que collaudavit. Post nuptia- 30.
rum epulas Raguel filiæ suæ
suarum facultatum partem di-
midiam tradit, atque ei data 31.
syngrapha, si ipse ipsiusque u-
xor diem obiissent supremum,
- X, 11. omnia reliqua tribuit. Divitiæ 32.
vero ejus erant servi, ancillæ,
pecudes, cameli, boves & ar-
- - 13. gentum. Cum Tobias disce- 33.
deret

deret, parentes filiam oſculando complexi ſunt, eamque quatuor monitis bonis dimiſerunt.
34. Videlicet adhortati ſunt, ut ſo- Tob. X, 13.
cerum & ſocrum loco parentum ſuorum magno in hono-
35. re haberet, maritum diligeret,
36. familiam regeret, ſeque ipſam - XI, 3.
37. inculpatam præſtaret. Cum
38. eſſent in via, Tobias cum Angelo anteceſſit, ſubſequentibus uxore nova, ſervis, hominibusque reliquis.

Perſpicuæ Quæſtiones.

1. Ad quem juvenis Tobias divertit?
2. Quemadmodum Raguel eum accepit?
3. Quid Raguel uxori ſuæ dixit in aurem?
4. Quid igitur Raguel hoſpes quæſivit?
5. Quid ei illi reſponderunt?
6. Quidnam interrogavit Raguel?
7. Quid Angelus reſpondens dixit?
8. Quid Raguel conſanguineo ſuo fecit?
9. Quid uxor & filia Raguelis egerunt?
10. Quemnam Raguel hoſpitibus honorem habuit?
11. Quid curæ potiſſimum erat Tobiæ?
12. Quid Tobias a Raguele petiit?
13. Quid Raguel veritus eſt?
14. Quemadmodum eum alloquitur Angelus?

15. Quid consilii cepit Raguel?
16. Quid Raguel dixit?
17. Quid sponsus in primis curavit?
18. Quonam modo fugavit dæmonium?
19. Quid Angelus dæmoni fecit?
20. Quid novi conjuges egerunt?
21. Cur id fecerunt?
22. Quid interim effodiendum curavit Raguel?
23. Quamobrem effossum est sepulcrum?
24. Quid ancilla mittitur visum?
25. Quid ancilla nuntiavit?
26. Quid Raguel accepto læto nuntio egit?
27. Quis usus tum fuit sepulcri?
28. Quo interim Angelus ire contendit?
29. Accepitne Angelus pecuniam?
30. Quid dotis Raguel dat filiæ?
31. Quid post mortem suam tribui vult filiæ?
32. Quænam ejus erant divitiæ?
33. Quid parentes filiæ emigranti dederunt?
34. Quodnam fuit primum monitum?
35. Quodnam alterum?
36. Quod tertium?
37. Quod quartum?
38. Quonam proficiscuntur ordine?

Sententiæ utiles.

I. Angelus dixit, Saram destinatam esse Tobiæ ob ejus religionem atque pietatem.

Recte ab antiquis dictum est: Connubia esse fatalia, eaque in cœlo conjuncta in terris celebrari.

II.

II. Raguel juvenem Tobiam sic alloquitur: Tu ex viro bono & probo natus es.

Laudi hoc majori homini ducitur, quam cum ajunt: Pater & mater sunt nullius frugis, ergo verendum, ne, qualis fuerit parens, talis etiam sit filius.

III. Tobias & Sara, cum inirent matrimonium, orarunt.

Quodsi omnes matrimonia contrahentes hoc imitarentur exemplum, in multorum ædibus plus foret fortunæ, incrementi, delectationis.

Piæ Meditationes.

Obtingit mulier large dotata Tobiæ,
Accipit & fido pectore Sara virum.
Divitias magnas pietas est ferre parata,
Suntque pii, Dominus, queis bona multa dedit.
Isthoc exemplo mihi sit: Nunc esse studebo,
Quavis re felix in pietate mea.

Historia LI.
de
Juvenis Tobiæ reditu.
Tob. XI. XII. XIII. & XIV. Cap.

1. TObias pater interim domi filii reditum vehementer Tob. X, 1.

Tob. X, 2. expectavit & desideravit. Cumque ille exacta, quam constituerant, peregrinationis die, non veniret, veritus est, ne forte Gabel debitor sit mortuus. 2.
- - 4. Mater vero præter modum lu- 3.
- - 8. gens respuit omnem consolationem, & in vias singulis die- 4.
bus exivit, ut, num filius veni-
- XI, 9. ret, specularetur. Cum igitur 5.
ad viam sederet, vidit, qui fuerat viæ comes, canem præcurrentem, & cauda lætum blan-
- - 6. dientem. Filius tum venit una 6.
cum Angelo, quocum erat pro-
- - 10. fectus. Tobias cæcus surrexit 7.
obviam iturus filio, lapsus autem a servo tollitur & ducitur.
- - 12. Filium accurrentem & flen- 8.
tem parentes flentes præ gaudio complexi atque osculati sunt.
- - 13. Cumque paulisper consedis- 9.
sent, filius piscis felle oculos pa-
- - 14. tris illevit. Deinde postquam 10.
expectatum erat dimidiam circiter horam, ex oculorum angulis deciderunt quædam squamæ membranis ovi similes, &
fu-

fugiente albugine sanatus est.
11. Propterea non tantum Tobias Tob. XI, 16.
ejusque cognati, sed & omnes,
ad quorum aures id perve-
12. rat, Deo grates egerunt. Post - - 18.
septem dies venit & nova uxor
13. cum magnis divitiis. Omnes - - 19.
tum consanguinei convene-
14. runt eis gratulandi caussa, nu- - - 20.
ptiæque septem diebus jucun-
de celebratæ sunt ab omnibus.
15. Tobias senex post cum filio de- - XII, 1.
liberat, quid pro opera præsti-
ta comiti itineris rependerent.
16. Filius commemorans, quæ sibi - - 5.
ab eo fuissent exhibita benefi-
cia, suasit, ut ei dimidium pe-
17. cuniæ illinc allatæ detur. An- - - 7.
gelus vero nequicquam acci-
pere voluit, sed tantum DEo
pro beneficiis gratias agi jus-
18. sit. Tandem, quis sit, aperit, - - 11.
dicitque se esse Raphaëlem An- - - 15.
gelum, unum de septem princi-
pibus, qui ad majestatis solium
19. famulentur. Quibus rebus au- - - 16.
ditis illi magno timore permo-
20. ti in faciem prociderunt. At - - 17.

Raphaël: Bene vobis ſeres habet, inquit; omittite timorem; Dei enim voluntate veni. Di- 21.
ſceſſurus Angelus Tobiæ ſeni
Tob. XII, 13. ita dixit: Quia tu acceptus eras Deo non potuit fieri, quin tentaretur tua pietas, & probare-
- - 12. tur. Quibus dictis Angelus in 22.
cœlum adſcendit, neque poſtea
- - 22. cuiquam apparuit. Tum illi 23.
per tres horas humi jacentes Deo gratias egerunt, ejusque mirabilia facta prædicaverunt.
- XIV, 1. Poſtea Tobias ſenior annos 24.
quadraginta duos ſuperſtes fu-
- - 12. it, moriensque filio ſuo, ut Ni- 25.
nivem relinqueret, præcepit.
- - 13. Nam mihi perſuaſi, inquit, Ni- 26.
nivem, quemadmodum Jonas vates de ea prædixit, everſum
- - 14. iri. Quare filius parentibus 27.
mortuis ad Raguelem ſocerum ſuum & ſocrum migravit, quo- 28.
- - 15. rum diligentem habuit curam, eorumque mortuorum compreſſit oculos. Omnia igitur, 29.
quæ Raguel habuerat, hæredi-
- - 17. tate accepit? Contigit & ipſi, ut 30.
vide-

videret filios & filiorum natos. Ejusque posteri cum vitæ integritati & probitati studerent, & Deo in cœlis, & hominibus eam regionem incolentibus, fuerunt grati atque accepti.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid Tobias pater domi egit?
2. Quidnam ille est veritus?
3. Quemadmodum mater filii diuturnam tulit absentiam?
4. Quo exivit bona mulier quotidie?
5. Quisnam fuit præcursor?
6. Quis secutus est?
7. Quid adversi accidit patri?
8. Quonam modo accipiunt parentes filium?
9. Quid filius patri fecit?
10. Sanatusne est Tobias?
11. Quis propterea gratias Deo egit?
12. Quando vero uxor nova venit?
13. Quidnam consanguinei fecerunt?
14. Quamdiu hospites adfuerunt?
15. Quid Tobias cum filio deliberat?
16. Quidnam filius suasit?
17. Accepitne Angelus quicquam?
18. Aperitne Angelus, quis sit?
19. Quomodo affecti sunt homines?
20. Quibusnam verbis eos consolatus est Angelus?

21. Quodnam præclare dictum abiturus commendat seni?
22. Quo se recepit tandem Angelus?
23. Quid boni homines fecerunt?
24. Quot annos postea vixit Tobias senior?
25. Quid moriens filio præcepit?
26. Cur jubet Ninivem relinqui?
27. Quo juvenis Tobias migravit?
28. Observavitne socerum suum & socrum?
29. Quidnam Tobiæ a socero hæreditate relictum est?
30. Quænam sors fuit ejus posterorum?

Sententiæ utiles.

I. Post Tobiæ dulcem reditum consanguinei primum Deo gratias egerunt, deinde læti celebrarunt nuptias.

Pari ratione licet quidem cum bonis amicis convivari, sed memores quoque ut simus Dei, æqvum est.

II. Tobias Angelo, qui fidus filii fuerat comes, dimidium dotis tradere voluit.

Fideles pædagogi sunt ejusmodi Angeli puerorum custodes, sed nimis sæpe vilis est, quæ eis datur merces.

III. Angelus discessurus Tobiæ seniori dixit, cum non potuisse effugere tentationem, cum fuisset Deo acceptus.

Crux omnino non aliter habenda est ac ferula patris, quam omnes liberi recte osculantur ita exclamantes:

Ah! quantum prodes tu bona virga mihi!

Piæ

Piæ Meditationes.

Luminibus certe est infelicissimus orbus:
Accidit hoc Tobiæ, sed Deus addit opem.
Verum quis misero quæso medicamina præbet?
Dicam, quod mirum: Filius ejus erat.
Felices natos hos non sine jure vocamus,
Qui patres caros sic coluere suos.

Historia LII.
de
Susanna.

1. VIr quidam præclarus Baby- Sus. v. 1.
lonis incola fuit nomine Joa-
2. cimus, qui uxorem habuit no- - - 2.
3. mine Susannam, formosam in
primis, & Domini reverentem,
4. bonisque ortam parentibus & - - 3.
ab eisdem in lege Mosis erudi-
5. tam. Joacimi domum duo se- - - 6.
niores judices frequentabant,
6. qui pulchram Susannam depe- - - 8.
7. rire cœperunt. Cum utrique - - 14.
suam inter se libidinem confes-
si essent, convenientes in hor-
8. to se occultarunt. Susanna igi- - - 15.
tur ingrediens hortum sese lau-

tura ignoravit, quenquam illic
Suſ. v. 19. latere. Quare duas pediſſe- 9.
quas, quas habebat ſecum, di-
- - 20. miſit, & ſola remanſit. Egres- 10.
ſis pediſſequis ſeniores conti-
nuo accurrunt, atque cum Su-
- - 24. ſanna coire cupiunt. Sed ea ab- 11.
horrens a tanto flagitio ma-
- - 26. gnum clamorem ſuſtulit. At 12.
ſeniores ambo contra ita occla-
mare, ut famuli & ancillæ au-
- - 29. dito clamore accurrerent. Po- 13.
ſtridie innocens Suſanna addu-
- - 31. citur in judicium. Cum autem 14.
ea eſſet delicatiſſima & ſpecie
formoſisſima, eſſetque velata;
- - 32. illi eam conſcelerati juſſerunt 15.
detegi, ut ex ejus pulchritudi-
ne fructum oculorum cape-
- - 34. rent. Tum duo illi ſeniores 16.
manibus Suſannæ capiti impo-
- - 37. ſitis dixerunt, vidiſſe ſe juve-
nem in horto, qui cum ea con-
- - 39. cubuiſſet, eumque, antequam 17.
potuiſſet comprehendi, aufu-
- - 42. giſſe. Innocens quidem Su- 18.
ſanna ſe ſibi nullius ſceleris eſſe
conſciam clamitat, invocatque
mi-

19. misera Deum vindicem; at se- Sus. v. 41.
nioribus & judicibus a conven-
tu habita fides, & Susanna ca-
20. pitis damnata est. Ejus vero - - 44.
vocem audivit Deus, excitavit- - - 45.
que animum juvenis cujus-
dam, cui nomen erat Daniel.
21. Cum igitur ea duceretur ad ne- - - 46.
cem, ille magna voce exclama- - - 50.
vit in hunc modum: In hujus
sanguine ego me extra omnem
22. culpam pono. Cujus sermone
audito omnis populus celeriter
revertitur, & duo illi falsi testes
23. vocantur in judicium. Daniel - - 51.
disjungi eos jussit, ut quisque
pro se seorsim responderet.
24. Quorum alterum cum evoca- - - 54.
tum interrogaret; sub quanam
arbore Susannam & juvenem
25. congredi vidisset? ille: Sub len-
26. tisco, inquit. Et Daniel: Pro- - - 55.
be, inquit, in caput tuum men-
27. titus es. Deinde alter testis a - - 58.
Daniele quæsitus, sub qua eos
arbore congredientes depre-
28. hendisset? sub ilice, inquit. At - - 58.
29. Daniel: Tu quoque probe, in- - - 59.
quit,

quit, in tuum caput mentitus
Suſ. v. 60. es. Hic vero univerſus conven- 30.
tus clamorem efferre Deo gra-
tias agendo, qui ſibi confiden-
- - 62. tes ſervet. Duo igitur illi ad- 31.
ulteri vetuli pro falſis teſtibus
habiti confeſtim ex lege Moſis
necati ſunt.

Perſpicuæ Quæſtiones.

1. Quis qualisve vir fuit Babylone?
2. Quo nomine ejus uxor appellata eſt?
3. Fuitne formoſa fœmina?
4. Unde ea pietatis didicerat præcepta?
5. Quisnam hujus viri domum frequentabat?
6. In quam petulantiam inciderunt duo ſenio-
res?
7. Ubinam ſe adulteri iſti occultarunt?
8. Quamobrem Suſanna ingreſſa eſt hortum?
9. Habuitne quenquam ſecum?
10. Quid iſti veteratores cupiunt?
11. Placuitne ei conſilium?
12. Quid turbæ factum eſt?
13. Quo res delata eſt?
14. Quomodo ornata fuit Suſanna veniens ad ju-
dices?
15. Quid judices velatæ fieri juſſerunt?
16. Quo ea crimine accuſata eſt?
17. Quidnam juvenem feciſſe dixerunt?

18.

18. Qui caussam suam dicit Susanna?
19. Quænam lata est sententia?
20. Quisnam ejus solicitudini subvenit?
21. Quid Daniel exclamavit?
22. Quid populus sermone Danielis audito facit?
23. Quid Daniel, antequam quæstio haberetur, fieri jussit?
24. Quid alter testis interrogatus est?
25. Quidnam primus respondit?
26. Quid vero Daniel ait?
27. Quidnam ex altero teste quæritur?
28. Quid iste testatur?
29. Quid vero Daniel respondet?
30. Quid populus re sic dijudicata egit?
31. Quanam pœna affecti sunt duo isti nebulones?

Sententiæ utiles.

I. Conscia mens recti famæ mendacia ridet.

Casta Susanna maximi flagitii arguitur, innocentia tamen ejus innotescit, invenitque præsidium.

II. Parentum est, natos in Domini disciplina ac monitis educare. Ephes. VI, 4.

Susanna consequitur non magis venustatis, quam pietatis laudem: At ea quoque dicitur bonos parentes, a quibus in lege Mosis sit erudita, habuisse.

III.

III. Boni advocati sunt homines in rep. valde utiles.

Nisi Daniel castæ Susannæ causſam defen
disſet, ea innocens morte fuisſet multata.

Piæ Meditationes.

Damnatur capitis Susanna libidinis expers,
Cum testes audent dicere falsa duo.
Ast æqvus Daniel non horret dicere causſam;
Hinc tangit contra pœna parata reos.
O Numen verax, mihi sint tua dogmata curæ,
Nec verbum mendax excidat ore meo!



Qua-

Quadraginta duæ

HISTORIÆ SACRÆ

ex

Novo Testamento

delectæ.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0271
DFG

Historia I.
de
Zacharia sacerdote.
Luc. I. Cap.

Luc. I, 5. BRevi ante natalem Christi diem vixit sacerdos quidam
- - 5. senex dictus Zacharias, cujus uxor erat Aarone prognata no-
- - 6. mine Elisabeta. Erant autem ambo apud Deum justi, sese in omnibus Domini præceptis ac institutis gerentes inculpatos.
- - 7. Sed, quod illos domi male habebat non erant eis liberi. Cum & ambo ætate jam essent provecta, nullam, ut natura ferebat, poterant spem habere pro-
- - 11. lis. Ubi aliquando Zacharias suffivit in templo, apparuit ipsi
- - 12. Domini Angelus Gabriel. Quo viso turbatus Zacharias, & ti-
- - 13. more perculsus est. Sed eum sic allocutus est Angelus: Ne metue Zacharia: Nam exaudi-
- - 14. tæ sunt tuæ preces; & tua conjux Elisabeta tibi filium pariet, quem Joannem nomine vocabis.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

10. bis. At Zacharias: Unde inquit, Luc. 1, 18.
istud cognoscam, cum & ego
sim senex, & uxor mea jam
11. grandis natu? Angelus respon-
dit: Hoc sic habeto, te fore - - 20.
mutum, & loquendi impotem,
donec hæc evenerint; quoni-
am meis dictis non credidisti.
12. Quo pacto Zacharias mutus e- - - 21.
grediens ex templo conticuit
usque ad diem filii Joannis na-
talem.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quo tempore vixit sacerdos Zacharias?
2. Quænam ejus erat uxor?
3. Quomodo ambo se gerebant?
4. Quid eos male habebat?
5. Annon poterant spem prolis habere?
6. Quis interea Zachariæ in templo apparuit?
7. Turbatusne est Zacharias Angelo viso?
8. Qua ratione consolatus est eum Angelus?
9. Quid Angelus ei confirmavit?
10. Quid Zacharias dixit?
11. Quid Angelus respondens significavit?
12. Numnam, quod Angelus prædixerat, accidit?

Sententiæ utiles.

I. Probo sacerdoti optime convenit cum sacerdote proba.
Ejusmodi egregium par conjugum est Zacharias & Elisabeta: Ambo justi erant coram Deo.

II. Conjuges probi non facile carent malo domestico.
Sic Zachariæ & Elisabetæ non fuerunt liberi; quæ res sine dubio eis, ut sæpe ingemiscerent, Deumque precibus fatigarent, effecit.
III. In piis interdum imbecillitas fidei deprehenditur.
Zacharias sacerdos prius Angelo fidem habere noluit, quam signum vidisset.

Piæ Meditationes.

Teste Dei verbo vitam sine crimine ducunt
Zacharias nec non Elisabeta parem.
Cum mulier nubit sincero casta marito,
Hoc quid conjugio dulcius esse potest?
Si mihi forte torum Numen concedat adire,
Faxit, ut in thalamo sit pius atque pia.

HISTORIA II.
de
Annuntiatione Mariæ.

Luc. I. Cap.

Luc. I, 26. MEnse sexto, postquam Elisabeta conceperat, missus est 1.
a Deo Angelus Gabriel ad vir-
- - 27. ginem Mariam; quæ incolebat 2.
oppidum Galilææ nomine Na-
- - 28. zaretam. Ad quam ingressus 3.
Angelus his eam salutavit verbis: Salve accepta, cui Dominus adest, quæque es mulierum for-

4. fortunatissima. At bona virgo Luc. 1, 29.
eo viso, ejus sermone non pa-
rum turbata cogitabat, qualis
5. esset ea salutatio. Angelus ve- - - 30.
ro blande eam ita compellat:
Ne metue Maria; nam propi-
6. tium habes Deum. Quo facto - - 32.
Angelus ei prædixit, fore, ut fi-
7. lium Dei pareret. Utero enim, - - 31.
inquit, concipies, pariesque fi-
lium, quem Jesum nomine vo-
8. cabis. Maria ignorans, quid in- - - 34.
nueretur: Quo pacto fiet illud?
inquit Angelo, cum ego virum
9. nesciam? Angelus vero rem sic - - 35.
verbis declaravit: Te Spiritus
Sanctus invadet, & Supremi vis
inumbrabit; itaque sanctus ille
10. partus dicetur Dei filius. Fi- - - 36.
dem denique confirmavit e-
xemplo cognatæ Elisabetæ, quæ
in senectute sua concepisset fi-
lium, cum tamen sterilis dice-
11. retur. Sermonem Angelus fi- - - 37.
nivit egregio illo verbo: Nulla
res est, quam Deus facere non
12. possit. Et Maria Deo illud quasi - - 38.
responsum reddidit: Ecce me

Domini servam, eveniat mihi ita, ut tu dixisti.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quando Angelus Gabriel ad virginem Mariam est missus?
2. Quodnam virgo Maria oppidum incoluit?
3. Quibus eam verbis Angelus salutavit?
4. Quid ea cogitabat?
5. Quodnam solatium ei dedit Angelus?
6. Quid Angelus ei prædixit?
7. Quæ præcipua ejus sunt verba?
8. Quid Maria ad nuntium improvisum respondit?
9. Quomodo Angelus rem declaravit?
10. Qua tandem re Angelus fidem confirmavit?
11. Quo verbo Angelus sermonem suum finivit?
12. Quid Maria per Angelum Deo optimo respondit?

Sententiæ utiles.

De virgine Maria tres eximias virtutes mulieres possunt discere.

I. Prima ejus virtus est castitas.

Maria enim vere de se poterat prædicare, se viri esse insciam.

II. Altera virtus est modestia.

Maria inquit: Dei sum serva.

III. Tertia virtus est patientia.

Maria enim sic dicit: Eveniat mihi, ut dixisti.

Pia-

Piæ Meditationes.

Virtus Mariæ tum non est absque timore,
Cum Christi nomen dat genetricis ei
Angelus: Ast Domino gratam mox prædicat idem,
Hem sum, dicit ea, famula fida Deo.
O Deus, injiciunt quantum peccata timorem
Erige me verbo: Tu quoque carus eris.

HISTORIA III.
de
Visitatione Mariæ.
Luc. I. Cap.

1. POst Angeli salutationem pro- Luc 1, 39.
2. fecta est virgo Maria in mon-
tana in urbem Judææ, salutatu- - - 40.
3. ra cognatam suam Elisabetam;
cum ex Angelo audivisset, eam - - 36.
4. sex menses jam esse gravidam.
Erat autem Elisabeta sacerdo- - - 5.
5. tis uxor, cujus maritus voca-
tus est nomine Zacharias. In- - - 13.
fans vero, quem tum Elisabeta
utero gerebat, erat Joannes Ba-
6. ptista. Maria domum Zachariæ - 40.
ingressa salutavit cognatam su-
7. am Elisabetam. Atque ubi Eli- - 41.
sabeta audivit Mariæ salutatio-
nem, exultavit infans in ejus

utero; repletaque Sancto Spiri- 8.
Luc. I, 41. tu Elisabeta exclamavit magna
- - 42. voce, & inquit: Tu es mulie- 9.
rum felicissima, felix & istius
- - 45. ventris fœtus. Postremo Eli- 10.
sabeta ita alloquitur Mariam:
O beatam te, quæ credideris!
- - 46. Quo facto Maria erumpens in 11.
- - 47. laudes Dei sic fatur: Magnifi- 12.
cat animus meus Dominum,
exultetque mea mens de Deo
- - 48. servatore meo. Qui spectave-
rit humilitatem ancillæ suæ,
unde me in posterum beatam
prædicatura sunt omnia secula.
- - 49. Quoniam mihi magna fecit
præpotens ille, cujus & nomen
- - 50. sanctum est; & clementia per-
ennis erga reverentes eum.
- - 51. Qui fortia patrat brachio suo,
profligat eos, qui animi fastu
- - 52. insolescunt. Deturbat poten-
tes de solio, humiles extollit.
- - 53. Esurientes bonis explet, & di-
- - 54. vites inanes dimittit. Subvenit
Israëlitis suis clementiæ me-
- - 55. mor. Quemadmodum majo-
ribus promiserat nostris, Abra-
hamo

hamo & ejus futuræ posterita-
13. ti. Mansit autem Maria cum ea Luc. 1, 56.
circiter menses tres, deinde do-
mum revertit.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quo profecta est virgo Maria?
2. Quem voluit salutare?
3. Quid ita?
4. Cujus uxor erat Elisabeta?
5. Quem infantem utero gerebat?
6. Quid Maria domum ingressa dixit?
7. Quid negotii fuit infanti in matris utero?
8. Quid contigit Elisabetæ?
9. Quid dixit Elisabeta Mariæ?
10. Quibus verbis Elisabeta colloquium finivit?
11. Quid postea Maria facit?
12. Quomodo laudes Dei Maria celebravit?
13. Quamdiu Maria cum Elisabeta fuit?

Sententiæ utiles.

I. Cognati amicitiam diligenter inter se ut colant, æquum est.

Mariam & Elisabetam imitari decet, inter quas mutua erat comitas & salutatio.

II. In convictu longe abesse debent nugæ & joci, christianorum moribus haud convenientes; sed de rebus bonis habendus est sermo.

Elisabeta ita alloquitur Mariam: O beatam te, quæ credideris! unde facile potest intelligi, eis de rebus ad animi salutem pertinentibus fuisse sermonem.

III. Domini Jesu Christi mater a peccato immunis plane non fuit.

In hymno enim suo ita cecinit: Mea mens exultat de Deo servatore meo.

Piæ Meditationes.

Cum Maria Elisabet miscet dum verba salutis,
Colloquium merito dixeris esse pium.
Sic cum Christicolæ veniunt consortia visum,
De Christo Domino sermo petendus erit.
Provideat quivis: Etenim Deus omnia novit,
Omnis inanis vox absit ab ore meo.

HISTORIA IV.
de
Josepho & Maria.
Matth. I. Cap.

Luc. I, 27. Matth. XIII, 55 Matth. I, 18. VIrgini Mariæ fuit sponsus nomine Josephus fabri filius; qui sibi desponsam uxorem domum deducere nuptiasque celebrare in animum induxerat. Ante vero quam res posset confici, virgo Maria ex Spiritu Sancto uterum ferre est comperta. Josephus quidem justus in eam exemplum edere, atque eam ignominia afficere noluit; statuit autem eam clam

1. 2. 3. 4. 5.

clam repudiare. Quæ cum haberet in animo, Domini Angelus ei in ſomnis apparuit, & ita locutus eſt: Joſephe, Davide prognate, ne metue adſciſcere Mariam uxorem tuam; cauſſam quoque interſerens: Quod in ea, inquit, genitum eſt, ex Sancto Spiritu eſt. Poſtrema, quæ Angelus fecit verba, hæc erant: Pariet filium, quem Jeſum nomine vocabis: Is enim ſuos ab ipſorum peccatis vindicabit. Experrectus a ſomno Joſephus fecit, ut ei præceperat Domini Angelus, adſcivitque ſuam conjugem. Quo pacto Maria virgo manſit, ut, ſicut vaticinatio erat, eveniret. Vates enim Eſaias multo ante ita dixerat: Ecce virgo ventrem latura eſt, & editura filium, qui nominabitur Emmanuel; quod perinde eſt, ac ſi dicas: Nobiscum Deus. Maria vero non penitus manſit cœlebs, ſed habuit ſuum ſponſum. Quod ſine dubio, ut Maria tutorem, & in-

Matth. I, 20. - - 21. - - 24. - - 22. Eſ. VII, 14. Luc. II, 5. Matth. II, 20.

fantulus Jesus haberet nutricium, accidit. Præterea notatu dignum quoque est, quod & Josephus, & Maria fuerint orti ex regia Davidis stirpe.

Luc. II, 4. 16.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quis sponsus fuit virgini Mariæ?
2. Quid Josephus in animum induxerat?
3. Quid fuit impedimento?
4. Annon Josephus propterea adiit magistratum?
5. Quid vero secum statuit?
6. Quodnam visum objectum est Josepho dormienti?
7. Quid locutus est Angelus cum Josepho?
8. Quid interseruit Angelus?
9. Quænam Angeli postrema fuerunt verba?
10. Quid Josephus experrectus a somno fecit?
11. Cur Maria mansit virgo?
12. Quis vates hoc prædixerat?
13. Quodnam est Esaiæ dictum?
14. Num vero Maria omnino cœlebs mansit?
15. Quamobrem id accidisse existimas?
16. Unde Josephus & Maria fuerunt orti?

Sententiæ utiles.

Ex hac narratione præsertim cognoscitur:

I. *Quid mater Jesu fuerit.*

Virgo videlicet desponsata, sed non uxor. Quare antiquorum fuit proverbium: Infantulum Jesum in terris secundum humanam na-

naturam carere patre, & in cœlis matre secundum divinam.

II. *Quid nomen Jesu significet.*

Idem scilicet quod servator lapsi generis humani.

III. *Quæ significatio sit nominis Emmanuelis.*

Perinde est ac: Nobiscum Deus, id est, reconciliator & pacator Dei atque hominum.

Piæ Meditationes.

Emmanuel quid sit, de cœlo nuntius adfert;
Nobiscum Dominus. Quod cape, quodque tene;
Hoc pacto nunquam te desperatio perdet,
Auxiliante Deo quis tibi obesse potest?
Cum Domino mundum, cum Domino crimina vincis,
Cum Domino vires dæmonis atque necis.

HISTORIA V.

de

Joannis Baptistæ ortu.

Luc. I. Cap.

1. ELisabeta exacto ad parien- Luc. I, 57.
2. dum tempore filium genu-
2. it. Et ejus vicini atque cogna- - - 58.
3. ti audientes, quanta Dominus
3. erga eam usus esset clementia,
4. congratulabantur ei. Octavo - - 59.
4. autem die puerum circumci-
5. sum iverunt, eumque patris e-
5. jus

jus nomine Zachariam appel-
Luc. 1, 60. larunt. Sed contradixit pueri 6.
mater: Non ita, inquit, sed vo-
- - 61. cabitur Joannes. Cui illi: Nul- 7.
lus est, inquiunt, in cognatio-
ne tua, qui isto nomine nun-
- - 62. cupetur. Deinde innuunt ejus 8.
- - 63. patri, quid eum vellet appellari? 9.
Ille petita tabella scripsit, ejus
nomen esse Joannem. Angelus 10.
enim ipsi diserte præceperat,
- - 63. ut puer Joannes nomine voca-
retur. Scribentis vero protinus 11.
os est apertum, solutaque lin-
gua, nomen ejus, inquit, est Jo-
- - 64. annes. Id quod mirati sunt o- 12.
mnes, qui aderant, metuque
correpti omnes eorum finiti-
- - 65. mi. Quæ quicunque audie- 13.
rant, in animo reponebant co-
gitantes, quidnam futurus esset
- - 66. ille puer? Domini enim manus 14.
- - 67. ei aderat. Pater ejus Sancto Spi- 15.
ritu plenus vaticinans insi-
gnem hunc cecinit hymnum:
- - 68. Grates Domino Israëlitarum
Deo!

Per-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid senescenti jam Elisabetæ obtigit?
2. Quid genuit?
3. Quis congratulatus est ei?
4. Quando circumcisus est infans?
5. Quo nomine infantem appellarunt?
6. Quid dixit mater?
7. Quid contra cognati dixerunt?
8. Quem voluerunt esse judicem?
9. Quid Zacharias in tabella consignavit?
10. Cur Joannis nomen?
11. Quodnam miraculum simul animadversum est?
12. Quid ei, qui aderant, dixerunt?
13. Quid cogitabant homines de puero?
14. Quænam pueri fuit indoles?
15. Quem hymnum Zacharias Domino cantavit?

Sententiæ utiles.

I. Ut Elisabeta feliciter partum ediderat, congratulati sunt vicini & cognati.

Ita decet lætari nos, cum cognatis & vicinis nostris bene esse videmus.

II. Infans recens natus nomen accepit Joannis, quod idem est, ac gratiosus.

Ergo Christianorum est, infantibus ejusmodi dare nomina, quorum aliqua sit significatio, quorumque intuitu iidem, cum sapere incipiunt, aliquam rem bonam meminisse possint.

III. Cum Joannes esset natus, Dominus laudatus & celebratus est propter clementiam matri & infanti exhibitam.

Ita-

Itaque Christianis convenit, cum infantes eorum sacro baptismate abluuntur, non fastum & luxum, sed Dei laudes curare atque augere.

Piæ Meditationes.

Infans Joannes cum animo tum corpore crevit;
Namque manus Domini fausta fovebat eum.
Assuescunt pueri teneris bene moribus annis,
Quos Dominus manibus ducit alitque suis.
Summe Deus, digitus tuus & me ducat inertem,
Hic ut virtutis sit mihi plana via.

HISTORIA VI.

de

Christi nativitate.

Luc. II. Cap.

Luc. II, 1. PEr id tempus decretum ab 1.
Augusto Cæsare est promul-
gatum, ut censeretur totus or-
- - 2. bis. Qui primus census habi- 2.
tus est Quirino prætore Syriæ. 3.
- - 3. Igitur cum omnes ad profiten-
dum in suam quisque civita-
- - 4. tem proficiscerentur, ascendit 4.
etiam Josephus ex Galilæa, ex 5.
oppido Nazareta, in Davidis
oppidum, quæ Bethlehema vo-
- - 5. catur, quod esset ipse Davidi- 6.

cæ

7. cæ domus atque familiæ, ut
8. profiteretur una cum Maria de-
sponsa sibi uxore prægnante.
9. Accidit autem, ut dum illic sunt - - 6.
10. ea exacto ad pariendum tem-
11. pore filium suum pareret pri- - - 7.
12. mogenitum, quem fasciis in-
13. volvit & in præsepi reclinavit,
14. quod eis in diversorio locus
non esset.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quodnam decretum ab Augusto Cæsare promulgatum est?
2. Quis census hic erat?
3. Quo quisque propterea profectus est?
4. Unde profectus est Josephus?
5. Quo profectus est?
6. Cur in oppidum Davidis?
7. Quid Josephus sibi voluit Bethlehemæ?
8. Quocum profectus est Josephus?
9. Quæ Mariæ tum erat conditio?
10. Quid accidit Bethlehemæ?
11. Quid peperit Maria?
12. Quibus rebus involvit puerulum?
13. Quo loco reposuit recens natum JEsum?
14. Cur in præsepi reclinavit?

Sententiæ utiles.

I. Census a Cæsare Augusto promulgatus est.
Cananæa enim tum sub potestate erat Romani imperatoris, *II.*

II. *Quisque profectus est ad profitendum.*
Id est quisque nomen suum, genus, ætatem & facultates professurus ivit.

III. *Josephus Nazareta Bethlehemam profectus est.*
Quæ urbes circiter duo milliaria inter se fuerunt dissitæ.

Piæ Mediationes.

Num quid te stabulo paterer, mi Christe, jacere,
Dum constat somno sponda parata meo?
Non patior! Sed propera, mundi servator amande,
Haud opus est cunis: cor patet, ecce tibi.
Ni des hoc precibus nec sis gratissimus hospes,
Tecum præsepi rite cubare paro.

HISTORIA VII.
de
Pastoribus Bethlehemiticis.

Luc. II. Cap.

Luc. II, 8. DOminum Jesum esse natum, 1.
pauperibus primo pastori-
- - 8. bus nuntiatum est. Qui erant 2.
in regione Bethlehemitica ex-
cubantes & nocturnis vigiliis
ovile suum custodientes. Ut 3.
- - 9. Christus Bethlehemæ in stabu-
lo natus erat, Angelus Domi-
ni pastoribus astitit, qui Domi-
ni

4. ni splendore circumfulsi ma- Luc. II, 9.
5. gno perterriti sunt timore. Sed - - 10.
Angelus: Ne, inquit, timete,
en ego vobis enim ingentem
nuntio lætitiam, toti populo fu-
6. turam; videlicet vobis hodie - - 11.
natum esse servatorem, qui est
Christus Dominus in oppido
Davidis; atque hoc vobis si- - - 12.
7. gnum erit: Invenietis infan-
tem fasciis involutum jacen-
8. tem in præsepi. Et repente - - 13.
exstitit cum Angelo cœlestium
copiarum multitudo DEum
laudantium & ita dicentium:
9. Gloria in supremis Deo, & in - - 14.
terra pax, erga homines bene-
10. volentia. Deinde ut ab eis di- - - 15.
11. scesserunt in cœlum Angeli, pa-
stores illi cohortati sunt inter se,
ut Bethlehemam peterent & vi-
serent, quid rei accidisset, quod
12. Dominus sibi declarasset. Ita- - - 16.
que celeriter profecti inve-
nerunt Mariam & Josephum & ja-
centem in præsepi infantem.
13. Quo viso prædicarunt, quid sibi - - 17.
14. de puero illo dictum fuisset. Ac

Luc. II, 18. quotquot audierunt ea, mirati
sunt, quæ a pastoribus fuerant
- - 19. dicta. Maria vero res omnes 15.
observabat, cum animo suo
- - 20. perpendens. Redierunt autem 16.
pastores Deum celebrantes atque collaudantes.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Cui primo nuntiatum est Christum esse natum?
2. Ubi erant isti pastores?
3. Quis nuntiavit rem istam lætam?
4. Quo animo tum pastores erant affecti?
5. Quid illis solatii dedit Angelus?
6. Quotnam erat lætum illud nuntium?
7. Quod signum dedit Angelus?
8. Num Angelus erat solus?
9. Quem Angeli hymnum cantarunt?
10. Ubi postremo Angeli manserunt?
11. Quid posthæc fecerunt pastores?
12. Quid invenerunt Bethlehemæ?
13. Quid prædicarunt?
14. Quid alii dixere homines?
15. Quid observabat Maria?
16. Quid tandem pastores egerunt?

Sententiæ utiles.

I. Angelus pastores ita alloquitur: Vobis hodie servator natus est.

Hoc nuntio usque ab initio mundi nec quicquam fuisse excellentius, nulli dubitamus. *II.*

II. Cœlestium copiarum multitudo sic cecinit: Gloria in supremis & in terra pax, erga homines benevolentia.

Qui sine dubio jucundissimus sonorum concentus fuit omnium unquam noctu auditorum.

III. Ut pastores Bethlehemam venerunt, contemplati sunt recens natum puerulum Jesum.

Quæ contemplatio in orbe merito dici potest omnium gratissima.

Piæ Meditationes.

Angelus Augusto regique nihil memoravit
De Christo nato. Quid bona fama venit
Ad pastorum aures? Annon erravit eundo?
Non: Domini regno constat & ordo suus.
Quod mundus tollit, Dominus detrudit in orcum,
Quos mundus spernit, tollit ad astra Deus.

Historia VIII.
de
Christi circumcisione.

1. POstquam dies octo ad circumcidendum puerum Luc. II, 21.
2. completi sunt, nuncupatum est
3. ejus nomen JESUS; quod nuncupatum fuerat ab Angelo, priusquam in utero conciperetur.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quando puerulus Jesus circumcisus est?

2. Qui nomen ejus nuncupatum est?
3. Cur ita est nuncupatum?

Sententiæ utiles.

I. Puerulus Jesus ex lege Dei circumcisus est.

Quæ sunt primæ ejus sanguinis guttæ, quas pro nobis effudit. Jesu enim puero, quod ad eum pertinebat, non opus erat circumsectione; quod non sicut alii infantes in peccatis conceptus erat & natus.

II. Jesus octavo ætatis die infans circumcisus est.

Hoc modo Deus in Veteri Testamento præceperat; propterea Christiani, quando infantes suos statim post partum baptizandos curant, haud perperam faciunt.

III. Nomen recens nati filii Dei nuncupatum est Jesus.

Quod carissimum nomen antiquorum Christianorum more puellis hac ratione poterit explicari:

In Emmanuele Sita Universa Salus,
Salutem Universam Servator Exhibet Jesus.

Piæ Meditationes.

Haud ullum vincit JESU dulcedine nomen:
Signatur nobis voce parata salus.
Semen fœmineum recte puer iste vocatur,
Qui nobis cunctis monstrat ad astra viam.
Hoc certe nomen servatum pectore condam,
Nec tandem moriens ore tacebo meo.

Hi-

HISTORIA IX.

de

Mariæ purificatione.

Luc. II. Cap.

1. PUerperarum in Veteri Te-
stamento tria erant officia;
2. primum eas aliquot hebdoma- Levit. XII, 4.
das domi se continere, donec
dies purificationi destinati præ-
3. teriissent, par erat; deinde eas- - - 5.
dem, cum rursus exirent, aut
agnum anniculum, aut par co-
lumbarum fertum conferre de-
4. cebat; tandem primus partus, Num. XVIII,
si erat filius, Domino sacer di- 15.
cendus, argentoque redimen-
5. dus erat. Quæ omnia virgo Luc. II, 22.
Maria observavit, filiumque ex
lege Mosis tulit Hierosolymam
6. in templum. Ea ut recens na- - - 25.
tum puerum JEsum Domino
stitit, ingressus est templum
7. homo nomine Simeon, qui ho- - - 25.
mo justus erat & religiosus,
expectans Israëlitarum conso-
lationem, & Spiritu Sancto præ-
8. ditus. Huic fuerat Sancti Spiri- - - 26.

tus oraculo dictum, non prius
esse mortem sensurum, quam
Luc. II, 27. Domini Christum vidisset. Is 9.
non tam casu, quam instinctu
- - 28. Spiritus venit in fanum. Pue- 10.
rum Jesum simulac in templo
vidit Simeon, ipse eum suis ul-
nis excepit, Deoque gratias e-
- - 29. git his verbis: Nunc dimittis 11.
tuum me servum, Domine, se-
cundum promissionem tuam
- - 30. placide: Quandoquidem vidi
- - 31. meis oculis salutem tuam, lu-
men gentibus patefaciendum,
- - 32. & tuorum Israëlitarum glori-
am.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Puerperarum in Veteri Testamento quot erant officia?
2. Quid primum observandum erat de purificatione?
3. Quid deinde de ferto?
4. Quid tandem de primo partu?
5. Num hæc omnia Maria virgo observavit?
6. Quis tum ingressus est templum?
7. Dic mihi, qui vir fuerit Simeon?
8. Quid Simeoni Sancti Spiritus oraculo erat dictum?
9. Cujus instinctu Simeon venit in templum?

10.

10. Quid puero Jesu fecit Simeon?
11. Quibus verbis Simeon Deo egit gratias?

Sententiæ utiles.

I. Simeonis oculos merito fortunatos dicimus.
Gloriari enim poterat, vidisse se oculis salutem Domini.

II. Idem Simeon habuit manus felices.
Puerum enim Jesum Domino statim ulnis excepit suis.

III. Simeonis tandem cor fuit beatum.
Erat enim justus & religiosus, Sanctoque Spiritu præditus.

Piæ Meditationes.

In templo Simeon annosus suscipit ulnis
Jesum, quem mundi machina ferre nequit.
Æmulor exemplum: Nam quod facit ille ferendo,
Hoc ego suscipio ferre calente fide.
Dum puer ille meis his non amplexibus hæret,
Portabo semper pectore fidus eum.

HISTORIA X.

de

Visione, quæ obtigit magis.

Matth. II. Cap.

1. JEsu Bethlehemæ in Judæa na- Matth. II, 1.
2. to, tempore regis Herodis ve-
3. nerunt ab oriente magi Hiero-

Matth. II, 2. solymam, & ubinam esset Ju- 4.
dæorum natus rex? quæsive-
- - 3. runt; sese enim ejus vidisse stel- 5.
lam in oriente, itaque eum 6.
adoratum venisse. Quibus au- 7.
ditis turbatus una cum tota
- - 4. Hierosolyma rex convocavit 8.
omnes pontifices & scribas po- 9.
puli, sciscitatusque est ab eis, 10.
ubinam Christus nasciturus es-
- - 5. set? Cui illi responderunt: Beth- 11.
lehemæ Judææ; sic enim a vate
Mich. V, 2. Micha scriptum esse: Et tu 12.
Bethlehema Judææ terra, ne-
quaquam minima es præfectu-
rarum Judææ; ex te enim mi-
hi prodibit dux, qui meum re-
get Israëliticum populum.
Matth. II, 7. Tunc Herodes a clam vocatis 13.
magis perquisivit tempus, quo
stella apparuisset, eosque Beth- 14.
lehemam dimisit ita dicens:
- - 8. Ite & de puero diligenter in- 15.
quirite, ac cum inveneritis, cer- 16.
tiorem me facitote, ut ego quo-
que ad eum adorandum profi-
- - 9. ciscar. Igitur illi audito rege 17.
profecti sunt, ac tum stella,

quam

18. quam in Oriente viderant, eos
anteceſſit, donec venit, ſtetit-
que ſupra locum, ubi puer e-
19. rat. Magi viſa ſtella maximo Matth. II, 10.
20. gaudio lætæti ſunt, & domum - - 11.
ingreſſi, puerumque cum ejus
21. matre Maria nacti, procide-
22. runt, eumque adorarunt, & a-
pertis ſuis capſis obtulerunt ei
munera, aurum, thus & myr-
23. rham. Poſtea oraculo moniti - - 12.
in ſomnis, ne ad Herodem re-
24. verterentur, per aliam viam ſe
25. receperunt in patriam. Qui - - 12.
magi ex Oriente venientes vul-
go tres ſancti vocantur reges.

Perſpicuæ Quæſtiones.

1. Ubi Chriſtus eſt natus?
2. Cujus regis tempore?
3. Quinam peregrini Hieroſolymam venerunt?
4. Quid quæſiverunt illi ſapientes?
5. Unde id noverant?
6. Cur quæſiverunt recens natum Jeſum?
7. Quo animo id tulit Herodes?
8. Quosnam convocavit Herodes?
9. Quid ſciſcitatus eſt ab eis?
10. Quid illi reſponderunt?
11. A quo vate id didicerant?
12. Quodnam eſt dictum Michæ vatis?

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0297
DFG

13. Quid Herodes clam perquisivit a magis?
14. Quo dimisit eos?
15. Quid eis præcepit?
16. Quam Herodes caussam finxit?
17. Quid postea fecerunt magi?
18. Quomodo viam invenerunt Bethlehemam?
19. Quid visa stella cogitarunt?
20. Quid in ista repererunt domo?
21. Quomodo coluerunt infantem?
22. Quid ei obtulerunt?
23. Quid oraculo magi in somnis sunt moniti?
24. Per quam se receperunt viam in patriam?
25. Quo nomine vulgo isti sapientes peregrini appellantur?

Sententiæ utiles.

De magis orientalibus discitur, qua ratione Dominum Jesum deceat nos colere.

I. Dominus Jesus nobis quærendus.

Magi stella ad Christum perducebantur; nobis Christicolis ad eundem verbum DEI monstrat viam, qua insistendum.

II. Dominus Jesus nobis adorandus.

Magi conspecto Bethlehemæ Jesu procidérunt: Nostrum est, ut Jesum aciem oculorum nostrorum fugientem, & ad cœlestis patris dextram sedentem adoremus.

III. Dominus Jesus nobis donandus.

Magi ipsum donabant auro, thure & myrrha; nos Christiani ipsi fidele, venerabundum & patiens cor offeramus, necesse est.

Piæ

Piæ Meditationes.

Apportant Persæ longinquas ecce per oras,
Aurum, thus, myrrham, munera, Christe, tibi.
Talia non possum tibi munera, Christe, sacrare,
Namque est pauperies sat tibi nota mea.
Non tamen hæcce tui mea mens erit immemor unquam,
Cumque nihil possim, pectus inane dabo.

HISTORIA XI.

de

Christi fuga in Ægyptum,

& de

Innocentibus Bethlehemæ enectis pueris.

1. DOmini Angelus, digressis Matth. II, 13.
magis, Josepho in somnis
2. apparet, præcipitque, ut assumpto puero, ejusque matre fugiat in Ægyptum, atque illic sit,
3. donec ab Angelo moneretur. - - 13.
4. Caussa, quamobrem continuo se in fugam daret, fuit isthæc: Herodes enim puerum quære-
5. bat ad necem. Josephus Angeli mandato obsequens surrexit, & noctu concessit in Ægyptum. - - 14.

Matth. II, 15. ptum. Herodes interea videns, 6.
se a magis esse illusum, non re- 7.
- - 12. vertentibus illis Hierosolymam,
- - 16. ut promiserant, adeo iratus est, 8.
ut miserit interfectum pueros,
quotquot Bethlehemæ & in to-
to ejus territorio erant, bimu-
los & infra bimatum. Puerum 9.
enim Jesum necessario sic tan-
gi plaga oportere autumavit,
cum, natum Judæorum regem 10.
- - 16. plures, quam duos annos ha-
bere non posse, de magis didi-
cisset. Anno sequenti, cum rex 11.
iste periisset turpi mortis gene-
- - 19. re, Angelus Domini actutum 12.
Josepho in somnis apparuit in
Ægypto, eumque sic est allocu-
tus: Surge & assumpto puero 13.
- - 20. ejusque matre proficiscere in
Israëlitarum terram: Mortui e-
nim sunt, qui pueri vitam pe-
- - 23. tebant. Josephus morem ge- 14.
rens ivit ita præcipiente Deo
commoratum in oppidum
quoddam Nazareta dictum,
ubi deinde Dominus Christus
fuit educatus.

Per-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid digressis magis accidit?
2. Quid Josepho Angelus præcipit?
3. Quousque Deus eum voluit esse in Ægypto?
4. Quæ caussa fuit, cur se continuo daret in fugam?
5. Quid postea fecit Josephus?
6. Quid interea Herodes vidit?
7. Qua in re illusus erat a magis?
8. Quanta puerorum strages est secuta?
9. Cur Herodes pueros interficiendos curavit?
10. Cur vero bimulos?
11. Quando defunctus est Herodes iste?
12. Ex quo Josephus id audivit?
13. Quibus verbis Josephum allocutus est Angelus?
14. Quo tandem loco Josephus commoratus est?

Sententiæ utiles.

Ex historia ista responderi potest ad tres quæstiones:

I. An tempore persecutionis liceat periculum effugere?
Id quod puer Jesus in Ægyptum fugiens suo comprobat exemplo.

II. Quinam primi Novi Testamenti fuerint martyres?
Innocentes nempe pueri Bethlehemæ, in quorum memoriam dies innocentium puerorum in fastis consignatur litteris.

III. Utrum Deus omnia præsciat, quæ sunt in orbe futura?
DEus omnino infantum internecionem, quam Herodes animo meditabatur, præsciit; quamobrem Josephum admonuit.

Piæ

Piæ Meditationes.

Ægyptum Jesus fugiens ætate tenellus,
Matre sua una cum concomitante patre,
Quæritur ad cædem; puerorum millia cædit
Herodes, sed eum nescit abesse procul.
Quam valde stygia trux ille palude dolebit,
In cœlo pueros lumina salva videns.

HISTORIA XII.

de

Jesu puero duodecim annorum amisso & reperto.

Luc. II. Cap.

Luc. II, 41. DOmini JEsu parentes quotannis proficiscebantur Hie- 1.
- - 42. rosolymam festo paschæ. Igitur dum jam erat annorum duodecim, parentes ejus eum secum ex more festi Hierosolymam duxerunt; cumque dies 2.
- - 43. peregissent, eis revertentibus 3.
remansit puer Jesus Hierosoly-
- - 44. mæ. Id quod ignorantes parentes, eum in comitatu esse rati, postquam iter unius diei fecerant, cœperunt eum inter cognatos & familiares conqui- 4.
- - 45. rere; eoque non invento reverterunt 5.

terunt Hierosolymam eum
6. quærentes. Accidit autem, ut Luc. II, 46.
post triduum eum in fano in-
venerint inter magistros seden-
tem, eosque audientem ac in-
7. terrogantem. Stupebant vero - - 47.
8. omnes eum audientes ejus acu-
9. men ac responsiones. Atque - - 48.
eo viso attoniti sunt ejus paren-
tes, eumque sic est allocuta ma-
10. ter: Nate, cur nobis ita fecisti?
En pater tuus & ego te dolen-
11. tes quærebamus. At JEsus: - - 49.
Quorsum me quærebatis? in-
quit eis, an nesciebatis, mihi a-
genda esse mei patris negotia?
12. Sed illi, quid hic sibi dixisset, - - 50.
13. non intellexerunt. Et cum eis - - 51.
puer descendit venitque Naza-
retam, & eis fuit morigerus.
14. Ejus autem mater eas res o-
15. mnes animo observabat, & Je- - - 52.
sus sapientia & ætate & gratia
tum apud DEum proficiebat,
tum apud homines.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quo parentes Jesu quotannis proficiscebantur?
2. Num Dominum aliquando Jesum secum duxe-
runt ad festum celebrandum? 3.

3. Quid revertentibus accidit parentibus?
4. Ubi eum esse rati sunt?
5. Ubi conquisiverunt eum parentes?
6. Ubi tandem eum invenerunt?
7. Quid faciebat Jesus in fano?
8. Quid homines dicebant?
9. Quid parentes, cum eum inter magistros sedentem viderent, cogitarunt?
10. Quibus verbis mater eum allocuta est?
11. Quid Jesus respondit?
12. Quid parentes non intellexerunt?
13. Ubi Jesus se tenuit?
14. Quid Maria animo observabat?
15. Qua ratione Jesus Nazaretæ vitam agebat ineuntis adolescentiæ?

Sententiæ utiles.

Ex hac historia commode satis cognoscitur discrimen disciplinæ.

I. Jesu parentes secum filium suum ducunt ad festum paschæ celebrandum.

Multi dantur parentes, qui suos liberos neque in templum mittunt, neque in scholam.

II. Puer Jesus infans inter magistros inventus est.

Multi pueri, dum sacra fiunt, in platea & circo errant.

III. Jesus puer duodecim annorum jam cum magistris Hierosolymæ potuit disputare.

Multi puerorum exacto vel duodecimo anno ne catechesin quidem norunt aut præcipuas christianæ religionis partes.

Piæ

Piæ Meditationes.

Accrescunt anni Christi, sapientia crescit,
Ac illi merito terra polusque favet.
Æqvum est, ut gradu parili vestigia calcem,
Sed sequor ah! lento, claudus utroque pede.
Moribus acceptis omni ratione studebo,
Ut laus atque favor sint veniantque mihi.

HISTORIA XIII.

de

Joanne baptista munus suum obeunte.

Matth. III. Cap.

1. JOannes baptista in Judææ so- Matth. III, 1.
litudine prædicare cœpit;
2. quare vaticinium Esaiæ fuit im- Es. XL, 3.
pletum ita dicentis: Vox cla-
mantis est in solitudine; parate
viam Domini, rectas facite se-
3. mitas ejus. Habebat autem Jo- Matth. III, 4.
annes ex camelinis pilis indu-
mentum lateribus pelliceo cin-
4. gulo circumdatis. Cibus ejus
erant locustæ & mel sylvestre.
5. Exorsus est sermones suos his
verbis: Corrigite vos; instat e- - - 2.
6. nim cœleste regnum. Tunc ad - - 5.
eum proficiscebatur Hieroso-

T lyma,

lyma, omnisque Judæa, & Jor-
Matth. III, 6. danis ora, ab eoque baptiza- 7.
bantur in Jordane confitentes
- - 7. peccata sua. Cum autem vi- 8.
disset multos Pharisæorum &
Sadducæorum ad suum bapti-
- - 8. sma venientes, dixit eis: Pro- 9.
genies viperina, quis vos sub-
monuit futuram iram fugere?
- - 8. adhortatusque ita est eos: Edi-
te fructus emendata vita di-
- - 9. gnos, simulque admonuit, ne 10.
nimium confiderent, quod sibi
sit pater Abrahamus, atque pro-
pterea existimarent, fieri non
posse, ut a Deo desererentur;
- - 9. Deum enim valere ex saxis su- 11.
scitare natos Abrahamo, atque
- - 10. sic stare promissis. Denique 12.
Joannes homines perversos
cum arboribus sterilibus com-
parans: Securis, inquit, arbo- 13.
rum radici admota est; itaque
arbor omnis fructum bonum
non edens exscindenda est, &
in ignem injicienda.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Ubinam Joannes baptista prædicavit?

2. Quod-

2. Quodnam vaticinium hac ratione impletum est?
3. Quem vestitum Joannes gerebat?
4. Quo usus est cibo?
5. Quibus verbis exorsus est sermones suos?
6. Quis ad eum, cum esset in solitudine, proficiscebatur?
7. Quid petebant a Joanne?
8. Quibus verbis Joannes Pharisæos & Sadducæos accepit?
9. Quibus verbis adhortatus est?
10. Quid admonuit eos?
11. Cur noluit eos Abrahamo confidere eoque niti?
12. Qua cum re Joannes infideles comparavit?
13. Quam idcirco sententiam habebat in ore?

Sententiæ utiles.

I. Discimus hic, unde auspicandum, si velimus ad bonam redire frugem.

Nempe imprimis pœnitentia est agenda.

Ita enim Joannes perorat: Corrigite vos; instat enim cœleste regnum.

II. Ex historia porro intelligitur, quemadmodum pœnitentia debeat esse comparata.

Fructus nimirum genuini piæ vitæ sequantur necesse est.

Joannes enim: Edite, inquit, fructus emendata vita dignos.

III. Denique colligi potest, quæ pravorum sit mulcta.

In ignem utique infernum conjiciuntur.

Joannes enim: Quæcunque arbor, inquit,

fructum bonum non edens, exscindenda est, & in ignem injicienda.

Piæ Meditationes.

Arboris est justos carpendos edere fructus,
Hoc nisi fit, cæditur arbor ea.
Sic cujusque fidem semper decet esse feracem,
Quod nisi fit, angitur ille styge.
Ut pueri teneri splendor jam fructibus absit,
Attamen haud patiar sim sine flore puer.

HISTORIA XIV.
de
Christi baptismo.

Matth. III. Marc. I. Luc. III. Jo. I.

Matth, III, 13. CUm Joannes ad Jordanem 1.
baptizaret, Dominus JEsus
adiit eum, ut ab eo baptizare-
tur. Sed eum prohibebat Jo- 2.
- - 14. annes dicens: Mihi, ut a te ba-
- - 15. ptizer, opus est. Cui respon- 3.
dens Jesus: Sine modo, inquit,
sic enim decet nos omni per-
- - 16. fungi justitia. Tunc ille eum 4.
sinit. Jesus simulac baptizatus
est, ascendit ab aqua, & ecce a-
Joh. I, 32. pertis ei cœlis, vidit Joannes Dei 5.
Spiritum descendentem veluti
co-

columbam, & super eo manen-
6. tem. Tandem vox e cœlis au- Matth. III, 17.
ditur dicens: Hic est meus filius chariſſimus, qui mihi acce-
7. ptus est. Quibus rebus satis
edoctus est Joannes, illum esse
8. certo mundi servatorem. Deus Joh. I, 33.
enim Joanni dixerat: Eum fore, super quem descendere & manere Spiritum esset visurus.
9. Quare & in concione de eo te- - - 29.
status est Joannes, cum postridie aspiceret venientem Jesum, dixitque: Ecce agnus Dei, qui
10. mundi peccatum tollit. Inci- Luc. III, 23.
piebat tum Jesus annorum esse
11. fere triginta, qui vulgo filius Josephi Nazaretensis credebatur.

Perspicuæ Quæstiones.

1. A quo Jesus baptizari voluit?
2. Quare eum prohibebat Joannes?
3. Quid respondet Jesus?
4. Quid baptizato Jesu contigit?
5. Quis de cœlo descendit?
6. Quæ vox e cœlis auditur?
7. Quid edoctus est Joannes?
8. Quodnam Deus ei signum fore dixerat?

9. Quibus verbis alloquitur multitudinem Joannes, cum Jesum videret venientem?
10. Quot annorum tum Jesus erat?
11. Quis Christus credebatur, cum humili esset statu?

Sententiæ utiles.

I. Dominus Jesus stetit in flumine Jordanis, cum a Joanne baptizaretur.

Hac ratione JEsus omnem baptismatis aquam consecravit, qua & hodie Christianorum infantes in baptismate abluuntur.

II. Joannes Jesum digito monstrans: Ecce, inquit, agnus Dei, qui mundi peccatum tollit.

Ego & tu ad mundum pertinemus: Quare simul & mea & tua Dei agnus sustulit peccata.

III. Tota sacrosancta Trinitas ad Jordanem præsentiam patefecit suam.

DEus enim filius stabat in flumine, DEus Spiritus Sanctus movebatur in aëre, & DEus Pater aderat voce.

Piæ Meditationes.

Cœlestis Patris vox labitur aëre clara,
Adstat Jordani Filius ipse Dei:
Spiritus accedit venientis more columbæ;
Hinc trinus merito creditur esse Deus.
In dubium posthac si mens hæc forte vocabit,
Jordanis certus sat mihi testis erit.

Hi-

HISTORIA XV.
de
Jesu a diabolo tentato.
Matth. IV. Marc. I. Luc. IV. Cap.

1. JEsus Sancto Spiritu plenus Luc. IV, 1.
2. reversus a Jordane Spiritus
Sancti instinctu, ut a diabolo
tentaretur, actus est in solitudi- Matth. IV, 1.
3. nem. Dumque quadraginta - - 2.
dies & totidem noctes jejunas-
4. set, tandem esuriit. Igitur ag- - - 3.
greditur eum tentator: Si Dei
filius es, inquit, jube, ut hi la-
pides panes fiant. Cui ita re- Deut. VIII, 3.
5. spondit JEsus: Scriptum est:
Non solo pane vivit homo, sed
omni verbo per os Dei prode-
6. unte. Tunc adducit eum dia- Matth. IV, 5.
bolus in sanctam urbem, & in
templi pinnis constitutum sic
7. alloquitur: Si Dei filius es, jace - - 6.
8. te deorsum. Diabolus ita scri-
ptum esse argumenti loco af-
fert: Angelis suis de te manda- Ps. CXI, 11.
bit, ut te manibus tollant, ne
9. pedem ad lapides offendas. At
Jesus: Rursum scriptum est, in- Deut. VI, 6.

quit illi, ne tentato Dominum
Luc. IV, 5. Deum tuum. Tum diabolus 10.
eum in excelsum montem sub-
- - 6. duxit, & ei omnia mundi re- 11.
gna momento temporis osten-
dit, eumque sic allocutus est:
Matth. IV, 9. Hæc omnia tibi dabo, si procu- 12.
Luc. IV, 6. bueris & me adoraveris. Nam
omnia mihi tradita sunt, ita ut,
cuicunque velim, ea donem.
Matth. IV, 10. Hic Jesus: Abi e conspectu meo, 13.
Satana, inquit ei: Scriptum est 14.
Deut. VI, 13. enim: Dominum Deum adora-
Matth. IV, 11. to, eumque solum colito. Tunc 15.
omittit eum diabolus, & ecce
advenerunt Angeli, qui ei mi-
nistrarunt.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid post Christi baptismum accidit?
2. Quamobrem actus est Jesus in solitudinem?
3. Quamdiu Christus jejunaverat in desertis?
4. Quomodo aggreditur eum diabolus?
5. Qua sententia Christus confutavit eum?
6. Quo deinde Christum adduxit diabolus?
7. Quibus verbis alloquitur Christum in templi pinnis constitutum?
8. Quid diabolus argumenti loco affert?
9. Quid Christus ei opposuit?
10. Quo tandem Christum diabolus subduxit?

11.

11. Quid Christo diabolus in monte ostendit?
12. Quid promisit?
13. Quomodo Jesus eum repressit?
14. Qua sententia Christus est usus?
15. Quem tentatio habuit exitum?

Sententiæ utiles.

I. Christum quadraginta dies totidemque noctes jejunasse audimus.

Quo jejunio diuturno servator peccata fuit ea, quæ quotidie comissando & compotando committuntur.

II. Diabolus dictum illud attulit: Angelis suis de te mandabit, ut te custodiant.

Dictum quidem hoc in sacris litteris legitur, sed in ejus extremo est: In omnibus viis tuis; quæ verba a diabolo sunt omissa.

III. Diabolus quidem Christum vehementer tentavit; tandem vero illi eliso cedendum fuit.

Ita DEus nos non tentari permittet supra quam valeamus; sed cum tentatione ejusmodi eventum facturus, ut ferendo vincere possimus. 1. Cor. X, 13.

Piæ Meditationes.

Infidias Christo Satanas turpissimus hostis
Nullo successu ponit, & ipse cadit.
Queis armis vero servator dæmona vicit?
Dictum divinum cuspis acuta fuit.
O pueri, cuncti discamus talia dicta,
Queis & solvamus vincula facta vafre.

Historia XVI.
de
Muliere Samaritana.

Joan. IV. Cap.

Jo. IV, 6. NOn procul ab oppido Sichar 1.
in Samaria erat Jacobi fons,
- - 6. apud quem Jesus ex itinere fes- 2.
- - 7. sus resedit. Venit tunc mu- 3.
lier ex oppido haustum aquam,
& Jesus ei ita dixit: Da mihi bi- 4.
- - 9. bere. At mulier Samaritana 5.
respondit: Qui fit, ut tu Judæ-
us a me muliere Samaritana
potum petas? Non enim ha- 6.
bent Judæi cum Samaritanis
- - 10. commercium. Cum aliquam- 7.
diu de viva aqua inter se essent
- - 16. collocuti, Jesus ei: I, evocatum, 8.
inquit, virum tuum & huc ve-
- - 17. nito. Non habeo virum, re- 9.
- - 18. spondet mulier; & Jesus: Re- 10.
cte dicis, non habere te virum:
Quinque enim viros habuisti,
nunc quem habes, non est tu-
- - 19. us vir. Hic mulier: Domine, 11.
inquit ei, video te vatem esse.
- - 24. Paulo post Jesus elegans illud 12.
effa-

effatum affert in medium: Animus est Deus, & qui eum colunt, animo & vere debent co-
13. lere. Mulier deinde: Scio, in- Jo. IV, 25.
quit ei, venturum esse Messiam, qui unctus dicitur, is cum venerit, rem omnem nobis
14. explicabit. Et Jesus: Ego is - - 26.
sum, inquit ei, qui tecum lo-
15. quor. Igitur mulier relicta sua - - 28.
16. situla, urbem petiit, hominesque monuit, ut hominem viserent, qui sibi omnia facta sua dixisset; fortassis eum esse Chri-
17. stum. Itaque ex urbe egressi - - 30.
18. venerunt ad eum, multique Samaritanorum in eum propter - - 39.
19. fœminæ, multo autem plures - - 41.
Christi sermonem crediderunt,
20. rogaruntque ut apud se mane- - - 40.
21. ret; itaque Christus mansit illic duos dies.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid non procul ab oppido Sichar erat?
2. Quis apud fontem illum resedit?
3. Quis eo venit haustum aquam?
4. Quid Jesus mulieri Samaritanæ dixit?

5. Quid

5. Quid mulier Samaritana respondit?
6. Cur ita respondet?
7. Unde Jesus ansam loquendi cepit?
8. Quemnam mulier ex urbe jubetur evocare?
9. Quid respondit mulier?
10. Quid de illius viris dixit Jesus?
11. Quid mulier confirmat?
12. Quodnam elegans effatum attulit Jesus de precibus?
13. Quid mulier de Messia fari incipit?
14. Quid Jesus eam docet?
15. Quid porro mulieri negotii est?
16. Quid homines in urbe monet?
17. Quid cives fecerunt?
18. Numquid commodi inde ceperunt miseri?
19. Quamobrem crediderunt Jesu?
20. Quid Jesum rogarunt?
21. Quamdiu Jesus mansit in illa Samariæ urbe?

Sententiæ utiles.

I. Judæis cum Samaritanis magna intercesserunt inimicitiæ.

Judæi enim fanum Hierosolymæ, Samaritani itidem quondam Samariæ habuerunt, quare inter sacerdotes utriusque gentis perpetua fuit dissensio atque contentio.

II. Ad fontem Jesus sermonem habuit de viva aqua.

Ita & nos de bonis rebus loquendi fortuitam occasionem decet arripere, verbi caussa: Apud agrum de semine verbi divini; sub arbore de pœnitentiæ fructibus; apud candelam de ardescente fidei filo.

III.

III. Mulier Samaritana totam ad Christum perduxit civitatem.

Similiter nobis salus & pœnitentia aliorum debent esse curæ cordique.

Piæ Meditationes.

Nobis supplicibus Dominus permittit adire
Ad solium: Orantes namque Deum colimus.
Ad fontem mulier per Christum orare docetur;
Invocat is recte, qui colit mente pia.
Hinc animo summum Dominum non cesso rogare,
Dum ferat auxilium corde parentis amans.

Historia XVII.
de
Centurione in oppido Capernaum degente.

Matth. VIII. Luc. VII. Cap.

1. CEnturio quidam in urbe Ca- Matth. VIII, 5.
pernaum degens, cujus ser-
2. vus ægrotabat, convenit Jesum, - - 6.
& hujusmodi verbis oravit:
Domine, puer meus jacet do-
mi sideratus, graviterque cru-
3. ciatur. Senatores etiam urbis Luc. VII, 3.
pro eo apud Dominum Jesum
intercedentes in primis depræ-
4. dicabant, quod sibi synagogam - - 5.
con-

Matth. VIII, 7. construxisset. Cui Jesus: Ego 5.
- - 8. eum sanatum ibo, inquit. At 6.
centurio respondens: Domine,
non sum dignus, inquit, cujus
tu tectum subeas, sed tantum
jube verbo, & sanabitur puer
- - 10. meus. Quo audito miratus Je- 7.
sus ita dixit sequentibus: Hoc
vobis confirmo, me ne in Israë-
litis quidem tantam invenisse
- - 13. fidem. Tum centurionem al- 8.
locutus Jesus: Abi, inquit, & ut
confidisti, sic tibi accidat. Ita-
que sanatus est illius puer ea-
dem illa hora.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid solicitavit centurionem in oppido Capernaum?
2. Quibus verbis oravit Jesum?
3. Quis pro centurione interceſſit?
4. Quid boni de centurione deprædicarunt?
5. Quid Jesus respondit?
6. Quid centurio causſatur?
7. Quid de fide illius dixit Jesus?
8. Quibus verbis centurionem a se dimittit?
9. Quid accidit ægroto servo?

Sententiæ utiles.

1. *Qui firma fide pro ægrotante servo oravit, fuit centurio.*

Idco

Ideo vitam militarem christianorum religioni atque pietati adversari haud existimandum est.

II. Pro centurione isto senatores urbis apud Christum intercesserunt.

Quare piarum precum, quibus pro aliis intercedimus, magnam vim esse, intelligimus.

III. Judæi pro centurione ejusque ægroto servo, quod synagogam eis construxerat, intercesserunt.

Si quis in nos tirones conferret beneficium, quam vellemus pro nostris intercedere mecænatibus.

Piæ Meditationes.

Non raro domini servorum nomina temnunt,
Sæpe parem sortem cum cane servus habet.
Centurio servum fidum vehementer amavit;
Hinc medicum servo quæritat ipse suo.
Olim si quisquam famulus mihi forte ministret,
Tum mea in ærumnis cura levabit eum.

HISTORIA XVIII.

de

Piscina Bethesda vocata.

Jo. V. Cap.

1. Hierosolymis fuit piscina he- Jo. V, 2.
braice Bethesda nuncupata,
2. quinque porticus habens; in his
jacebat ingens multitudo cœ-

co-

Jo. V, 3. corum, claudorum, tabido- 3.
rum, aliorumque morboso-
- - 4. rum. Angelus certo tempore 4.
descendebat in piscinam, a-
quamque turbabat. Qui pri- 5.
mus, simulac turbata esset aqua,
in piscinam descendebat, sanus
evadebat, quocunque tandem
- - 5. morbo teneretur. Erat autem 6.
illic homo quidam annum a-
gens in morbo duodequadra-
- - 6. gesimum. Hunc ut vidit Jesus 7.
decumbentem, & jam diu de-
cubuisse cognovit: Visne, in-
- - 7. quit, sanus fieri? Cui ægrotus 8.
respondit, se hominem non ha-
bere, qui se, dum turbata sit a-
qua, conjiciat in piscinam; quin-
imo turbata aqua ante se ali-
- - 8. um descendere. Tunc Jesus: 9.
Surge, inquit ei, tolle graba-
- - 9. tum tuum & ambula; atque 10.
homo confestim sanus evasit,
& sublato suo grabato, ambu-
- - 14. lavit. Postea nactus eum Jesus 11.
in fano sic alloquitur: En sa- 12.
nus evasisti, noli amplius pec-
care, ne quid tibi deterius acci-
dat. Per-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quænam piscina fuit Hierosolymis?
2. Quot habebat porticus?
3. Quinam homines jacebant in eis?
4. Quid piscinæ contingebat certo tempore?
5. Quis sanus evadebat?
6. Quem annum quidam homo agebat in morbo?
7. Quid Christus huic homini dixit?
8. Qua ratione ægrotus miseriam aperuit suam?
9. Quo Jesus potente verbo usus est?
10. An verbi vim expertus est ægrotus?
11. Ubi Christus rursus nactus est isthunc hominem?
12. Quid eum monuit servator?

Sententiæ utiles.

I. Homo quidam annos triginta octo morbo erat conflictatus.

Quem hominem omnes ii aspicerent sedulo, quibus multo tempore ne digitus quidem doluit, quo pluris valetudinem munus pretiosissimum æstimare nossent.

II. Dominus Christus in hominem, quem sanaverat, incidit in sano.

Id quod maxime convenit: Sæpius enim ingredi ædem sacram, dum valemus, par est; cum ægrotamus, quam maxime etiam velimus, non possumus.

III. Christus sanato: Noli amplius, inquit, peccare, ne quid tibi deterius accidat.

Quod monitum iis, qui animo ægri fuerunt,

probe notandum: Non enim post actam pœnitentiam licet repetere peccata pristina.

Piæ Meditationes.

O ægrotantes, bona queis patientia defit,
Cum Deus haud prima luce venire solet,
Pergite spectatum, vobis Bethesda cubantem
Quem in morbo monstret plurima lustra, virum:
Auxilii temere Domino præscribimus horas:
Is, cum sit dandi, scit bene tempus, opem.

HISTORIA XIX.

de

Vidua Naimensi.

Luc. VII. Cap.

Luc. VII, 11. Accidit, ut JEsus in oppidum 1.
nomine Naim proficiscere-
tur comitantibus eum frequen- 2.
tibus ejus discipulis & ingenti
- - 12. hominum turba. Atque ut op- 3.
pidi portæ appropinquavit, ec-
ce efferebatur mortuus, unicus 4.
matri filius, eique viduæ, co- 5.
mitante eam frequente oppi- 6.
- - 13. danorum turba. Ea visa, mise-
ratus eam Dominus dixit ei:
- - 14. Ne plora. Deinde ad feretrum 7.
accessit, & id tetigit; cumque 8.
re-

restitissent, qui portabant, di-
9. xit: Adolescens, inquam tibi, Luc. VII, 15.
10. surge. Tum mortuus sedit, lo-
quique cœpit; atque ille eum
11. matri suæ tradidit. Inde omnes - - 16.
metu correpti, Deum collauda-
12. re, dicentes, magnum apud se
ortum esse vatem, Deumque
13. suorum curam habere. Atque - - 17.
is sermo de eo totam Judæam
finitimamque regionem per-
vasit.

Perspicuæ Quæstiones.

1. In quodnam oppidum Jesus est profectus?
2. Quibus comitantibus profectus est?
3. Quid Christus portæ appropinquans vidit?
4. Quis erat mortuus ille?
5. Quænam ejus erat mater?
6. Quis eam comitatur?
7. Quid Jesus mœstæ mulieri dixit?
8. Quid fecit feretro?
9. Quibus verbis allocutus est filium mortuum?
10. Quid postea factum est?
11. Quid homines occeperunt?
12. Quid dixerunt?
13. Quid sermo pervasit?

Sententiæ utiles.

I. Nulla calamitas sola est.

Vidua, quæ habitabat in oppido Naim, amiserat virum, postea unicus filius moritur, quem sibi solatio fore speraverat.

II. In funus mortui adolescentis eunt multi.

Similiter frequentes ut conveniamus ad funera, atque memores nostræ mortalitatis cogitemus illud: Hodie tibi, cras mihi, æqvum est.

III. Dominus Jesus miserans dicit mœstæ viduæ: Mulier, ne plora.

Id quod omnibus viduis afflictis esse potest solatio: Haud enim secus Christus misericordia commotus eis opportuno satis tempore absterget ægritudinem.

Piæ Meditationes.

Nulla Naim juvenum committit funera terræ,
Pallida non nisi mors accipit ossa senum.
Ah non! is moritur cui non est ruga senilis:
Nam Lucas juvenem decubuisse refert.
Si mors nec parcit, nec quosquam respicit annos,
Me paro, nec timidum mortis imago facit.

HISTORIA XX.

de

Quadruplici agro.

Matth. XIII. Marc. IV. Luc. VIII.

Luc. VIII, 5. SAtor quidam ivit satum su- 1.
um semen, quo serente ali- 2.
ud cecidit apud viam, idque con-

3. conculcatum est, & ab aëris
4. volucribus comesum; aliud in Luc. VIII, 6.
petram cecidit, idque exortum
5. aruit, quod humorem non ha-
6. beret; item aliud cecidit inter - - 7.
7. spinas, idque enatæ simul spinæ
8. suffocarunt. Aliud cecidit in - - 8.
9. bonam terram, & enatum edi-
dit fructum cum centesimo.
10. Hæc dicens JEsus clamabat:
Qui aures habet, quibus audire - - 9.
11. possit, audiat! Interrogarunt au-
tem eum sui discipuli, quænam
12. esset ea comparatio? Tum Do- - - 10.
minus Jesus eis similitudinem
13. explicuit dicens: Semen est di- - - 11.
14. vinus sermo. Qui apud viam, Matth. XIII, 19
ii sunt, qui sermonem audiunt
15. nec intelligunt; deinde venit Luc. VIII, 12.
diabolus, qui sermonem ex eo-
rum animis aufert, ne credant,
16. atque ita salvi fiant. Qui vero - - 13.
17. in petra, ii sunt, qui, dum au-
diunt, cum lætitia accipiunt
quidem sermonem, & credunt
18. ad tempus; sed radicem non Matt. XIII, 21.
habentes sunt temporarii & in
19. Christo offendunt. Imo peri- Marc. IV, 17.

culorum tempore orta propter sermonem calamitate atque insectatione cito dimoventur.

Luc. VIII, 14. Quod vero in spinas cecidit, ii sunt, qui, ubi audiverunt, eo veniunt, ut curis & divitiis vitæque voluptatibus suffocentur, neque fructum perferant,

Matt. XIII, 22.

20. 21. 22.

23. Qui vero in bonam terram sati, ii sunt, qui sermonem & audiunt & intelligunt, quique probo, & bono animo auditum verbum admittunt ac retinent & fructum cum patientia ferunt, redduntque alii centuplum, alii sexagecuplum, alii trigecuplum.

Luc. VIII, 15. Matt. XIII, 23.

23. 24. 25. 26.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid sator quidam egit?
2. Quo cecidit prima pars seminis?
3. Quid semini apud viam accidit?
4. Quo cecidit seminis altera pars?
5. Quid semini in petra accidit?
6. Quo cecidit tertia pars seminis?
7. Quid semini in spinis accidit?
8. Quo tandem postrema pars seminis cecidit?
9. Quid semen in bona terra edidit?
10. Quid clamat Jesus?
11. Quid discipuli interrogarunt?

12. Quis eam discipulis similitudinem explicuit?
13. Quid igitur est semen?
14. Quinam sunt illi apud viam?
15. Quid accidit in via constitutis?
16. An id illis prospere evenit?
17. Quinam ii, qui sunt in petra?
18. Quemadmodum sese gerunt?
19. Quando dimoventur?
20. Quinam ii, qui sunt in spinis?
21. Quonam veniunt ei?
22. Num fructum perferunt?
23. Quinam sunt, qui in bona terra deprehendun-
tur?
24. Quomodo verbum recipiunt?
25. Quænam verbi vis est?
26. Num singuli pari numero fructus ferunt?

Sententiæ utiles.

I. Cur multi hominum nec credunt, nec salvi fiunt?

Quia ipsorum cor non bonus, sed sterilis ager est.

II. Quomodo tractandum Dei verbum, si velimus sperare fructus?

Primum audiendum, dein intelligendum, tum admittendum, tandem retinendum est.

III. Quæ Scripturæ S. sententia maxime terribilis est existimanda?

Complures eam esse putarunt: Deinde venit diabolus, & sermonem ex eorum animis aufert.

Piæ Meditationes.

Quo semen recidit certe est non unus agellus,
Ast uber tantum frugibus unus ager.
Sancte Deus, solus tu me nosti intus & extra,
Verbi sparsisti semina corde meo.
Proh dolor! ex ortu primo sum pessima terra,
Fac Deus omnipotens sim bona terra tibi!

Historia XXI.

de

Gergesenis.

Matth. III. Marc. V. Luc. VIII. Cap.

Matt. VIII, 28. UBi Jesus in Gergesenorum & 1.
Gadarenorum agrum traje-
Marc. V, 1. cit, occurrerunt ei duo dæmo- 2.
- - 4. niaci valde feri. Quorum al- 3.
ter tam potens erat, ut compe-
Luc. VIII, 29. des, catenasque discerperet. U- 4.
trique commorantes in moni-
mentis, in montanis & in de-
Matt. VIII, 28. sertis in homines tantopere sæ-
vierunt, ut illac transire posset 5.
- - 29. nemo. Ii viso JEsu sic clama- 6.
runt: Quid tibi nobiscum rei
est, Jesu Dei fili? huccine ve-
nisti ante tempus vexatum nos?
Marc. V, 9. Diabolorum quendam Jesus in- 7.
ter-

8. terrogavit, quod esset ei nomen? cui ille respondit: Legio mihi nomen est; quoniam mul-
9. ti sumus. Tum Jesus dæmonibus, ut exirent, mandavit.
10. Orarunt vero, ne eos extra eam Marc. V, 10.
11. regionem mitteret, sed ut, cum Matt. VIII, 30.
in montis radicibus numerosus porcorum grex pasceretur,
12. permitteret sibi in porcorum - - 31.
13. gregem immigrare. Quibus - - 32.
cum Jesus: Ite, inquit, dæmones egressi in porcorum gre-
14. gem immigrarunt, & ecce ruit universus porcorum grex per præceps in lacum, suntque in aqua mortui. Erant autem cir-
15. citer duo millia. Pastores fuge- Marc. V, 13.
16. runt, & in oppidum profecti Matt. VIII, 33.
cum omnia de dæmoniacis tum de porcis nuntiarunt.
17. Tum tota civitas exire obviam - - 34.
Jesu, eoque viso rogarunt, ut a suis finibus discederet.

Perspicuæ Quæstiones.

1. In quem agrum Dominus Jesus trajecit?
2. Quis ei occurrit?
3. Nonne vincti erant catenis?

4. Ubi commorati sunt dæmoniaci?
5. Annon sævierunt in homines?
6. Quid clamarunt?
7. Quid interrogavit Jesus?
8. Quid Satanas respondit?
9. Quid Jesus dæmonibus mandavit?
10. Quid orarunt dæmones?
11. Quid in ea erat regione?
12. Quid dæmones sibi permitti voluerunt?
13. Quid Jesus ait?
14. Quo ruit porcorum grex?
15. Quot erant porci?
16. Quo pastores fugerunt?
17. Quid rogarunt Gergeseni?

Sententiæ utiles.

I. *Dæmon Christo dixit, sibi nomen esse legionis; sese enim esse multos.*

Legio est numerus quatuor, quinque aut sex millium; itaque multa millia diabolorum in uno possunt esse homine.

II. *Quod dæmoniaci in desertis erraverint, & homines afflixerint, hic expresse dicitur.*

Quid igitur ii possunt opponere, qui neque spectra neque diabolos esse credunt?

III. *Legio hæc tota spirituum prævorum confestim Domini Christi jussu cedere coacta est.*

Cum Christus sit rex noster, exultare & firma fide dicere possumus, ut quidem Lutherus in hymno quodam canit: Licet mundus diabolis nos devorare volentibus esset refer-

refertus, tantum tamen abeſt, ut ab eis metuamus, ut potius eos forti aggrediamur animo, atque vincamus.

Piæ Meditationes.

Tunc Gergeſeni cupiunt diſcedere Jeſum,
Dæmona cum porcos mittit inire ſuos.
Inſipidi quidnam præponunt quæſo in amore?
Utrum Chriſtus eis, an temerata pecus
Charior eſt? Tantum nobiscum, Chriſte, maneto,
Tu procul a nobis dæmona pelle malum.

HISTORIA XXII.

de

Homine tabida manu.

Matth. XII. Marc. III. Luc. VI.

1. Accidit Sabbatho quodam, ut Luc. VI, 6.
Jeſus in ſynagogam ingres-
2. ſus doceret; ubi cum homo es-
3. ſet dextera manu tabida, Pha- Matt. XII, 10.
riſæi & ſcribæ ex Chriſto, an
Sabbathis ſanare liceret? quæſi-
4. verunt; id quod ideo fecerunt,
5. ut eum criminarentur. Quibus
Jeſus: Quis homo veſtrum eſt, - - 11.
inquit, qui ſi vel unam ovem
habeat, quæ Sabbathis in fove-
am decidat, non eam prehen-
6. dat & attollat? Unde Jeſus col-
legit,

legit, cum ovi multum præsta-
ret homo, licere etiam Sabba-
Luc. VI, 8. this benefacere. Dixitque ho- 7.
mini siccam habenti manum:
Marc. III, 4 .Surge & sta in medio. Quo fa- 8.
cto Jesus rursus illos alloquitur:
Liceretne Sabbathis benefacere- 9.
- - 5. re, an male facere? Cumque illi 10.
tacerent, iste eos irate circum
intuitus eorum animi callum
Luc. VI, 10. dolens dicit homini: Porrige 11.
manum tuam. Id postquam 12.
ille fecit, reddita est ejus manus
- - 11. tam sana, quam altera. At Pha- 13.
Marc. III, 6. risæi furoris pleni, protinus
consilium de JEsu perimendo
Matt. XII, 15. ceperunt. Quo cognito Jesus 14.
illinc discesit.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid negotii Jesu Sabbatho quodam fuit?
2. Quis erat in synagoga?
3. Quid Pharisæi quæsiverunt?
4. Cur id quæsiverunt?
5. Quid Jesus vicissim interrogavit?
6. Quid Jesus inde collegit?
7. Quid Jesus homini dixit?
8. Quibus verbis Jesus Pharisæos iterum alloquitur?

9. Quod

9. Quodnam Jesu ab eis redditum est responsum?
10. Quem gestum Jesus cepit?
11. Quid tandem servator homini dicit?
12. Quid manui factum est?
13. Idne placuit Pharisæis?
14. Qua ratione Christus periculum evitavit?

Sententiæ utiles.

I. Sabbatho licet opera charitatis & misericordiæ facere.
Id quod Christi docemur exemplo multos morbosos Sabbatho sanantis.

II. Deus optimus non delectatur improborum pernicie.
Hic enim magno dolore affectus est Dominus Jesus, perspiciens animi Pharisæorum callum.

III. Qui animi duritiem induerunt, indies fiunt deteriores.
Ita Pharisæi postremo in furorem vertebantur, cum ante eorum oculos Christus tot tantaque ederet miracula.

Piæ Meditationes.

Cum manibus Dominus mihi donat brachia bina,
Quæ semper vitent otia prava velim.
Ad Dominum sursum tollam mentemque manusque,
Post digiti faciant sedulitatis opus.
Hoc est: Hanc: ORA, vocem meminisse juvabit,
Voxque: LABORATO mente perennis erit.

Hi-

HISTORIA XXIII.

de

Malis in segete herbis.

Matth. XIII. Cap.

Matt. XIII, 24. DOminus Jesus aliquando si- 1.
militudinem proposuit his
verbis: Similiter accidit in cœ-
lesti regno, ut in homine, qui
bonum semen sevit in fundo
- - 25. suo. Sed dormientibus homi- 2.
nibus ivit ejus inimicus fatum
malas herbas inter frumentum
- - 26. ac discessit. Deinde ubi ger- 3.
minavit herba, ediditque fru-
ctum, tum apparuerunt etiam
- - 27. malæ herbæ. Igitur servi pa- 4.
trem familias sic convenerunt:
Here, nonne bonum semen in
fundo tuo seminasti? unde igi-
- - 28. tur habet malas herbas? Qui- 5.
bus ille: Inimicus homo id fe-
cit, inquit. Et servi: Vis igitur 6.
- - 29. ut eas lectum eamus? Non, in- 7.
quit ille, ne forte malas legen-
tes herbas frumentum una cum
- - 30. eis eradicetis. Sinite ambo cre- 8.
scere usque ad messem. Mes- 9.
sis

sis tempore mandabo messoribus, ut primum herbas legant, & in manipulos colligant comburendas; frumentum autem in meum comportent horreum. Deinde relicta hominum multitudine venit domum Jesus, a quo sui discipuli petierunt, ut sibi similitudinem de fundi malis herbis edissereret. Quibus ille respondit in hunc modum: Qui bonum semen serit, homine[1] natus est. Fundus est mundus. Bonum semen sunt regni filii. Malæ herbæ sunt mali filii; inimicus earum sator est diabolus. Messis est finis ævi. Messores sunt Angeli; in hujus ævi fine mittet homine natus suos Angelos, qui ex ejus regno omnia detrimenta maleficosque colligent, & in ignis fornacem conjicient, ubi ploratus erit, dentiumque stridor. Tunc justi solis ritu relucebunt in regno sui patris. Qui habet aures ad audiendum, audiat.

Matt. XIII, 36. - 37. - 38. - 39. - 40. - 41. - 42. - 43

Per-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Qui fit in cœlesti regno?
2. Quid dormientibus hominibus accidit?
3. Quid apparuit in agro?
4. Quid servi dixerunt patrifamilias?
5. In quem paterfamilias transtulit culpam?
6. Quid servi suadent?
7. Annon id fieri paterfamilias permisit?
8. Quid paterfamilias de agro præcepit?
9. Quid messoribus mandare secum constituit?
10. Quid voluit frumento fieri?
11. Quo Jesus his dictis venit?
12. Quid discipuli ejus petiverunt?
13. Quis significatur per serentem?
14. Quid per agrum?
15. Quid per semen?
16. Quid per malas herbas?
17. Quid per inimicum?
18. Quid per messem?
19. Quid per messores?
20. Quis mittet Angelos?
21. Quid Angeli colligent?
22. Quo conjicient maleficos?
23. Ubi erunt justi?
24. Quibus verbis Christus peroravit?

Sententiæ utiles.

I. Culpa in optimum Deum non transferenda est multos dari improbos.

Deus enim non nisi bonum serit semen.

II. Probos cum improbis vivere oportet.

Pa-

Paterfamilias enim, ut malæ herbæ legerentur, non concessit, sed ambo usque ad messem crescere voluit.

III. Die extremo magnum discrimen futurum est probos inter & improbos.

Improbi enim in ignis fornacem conjicientur; justi vero solis ritu relucebunt.

Piæ Meditationes.

Quidam homo frumento recto conseverat agrum,
Dum dormit, lolium spargitur atque viret.
Quid sibi vult isthæc Christi sermonis imago?
Securam vitam sic prohibere cupit.
Difficilis non est res somno superare sepultum;
Ergo frequens precibus pervigilabo meis.

HISTORIA XXV.

de

Joanne Baptista capite truncato.

Matth. XIV. Marc. VI.

1. REx Herodes cum sciret, Jo- Marc. VI, 20.
annem esse virum justum
atque sanctum, eum & veritus
2. est, & libenter audivit, eique
3. multis in rebus auscultavit. Du- - - 17.
xerat Herodes in matrimonium Herodiadem Philippi sui
4. fratris uxorem. Cum igitur - - 18.

Joannes aliquando Herodi dixisset, non licere ei uxorem
Marc. VI, 19. habere sui fratris; regina tanta 5.
in Joannem exarsit ira, ut eum
continuo cuperet interfectum.
Matt. XIV, 3. Regem quoque eo perduxit, 6.
ut Joannem caperet, & vinctum
- - 5. daret in custodiam. Quinimo 7.
Herodes eum consilio uxoris
suæ occidisset, ni metuisset vulgus, quod illum pro vate ha-
Marc, VI, 21. bebant. Accidit autem oppor- 8.
tuna dies, qua Herodes suis
optimatibus dabat natalitia.
- - 22. Herodiadis filia tum saltans & 9.
Herodi & convivis perplacuit.
- - 22. Quare rex dixit puellæ: Posce 10.
me, quicquid voles, & tibi da- 11.
bo. Eique juravit, quicquid a 12.
se peteret, id ei se daturum, etiamsi sit regni sui dimidium.
- - 24. Quo facto egressa illa consuluit 13.
suam matrem, ecquid peteret?
& mater jussit peti Joannis Ba- 14.
- - 25. ptistæ caput. Itaque puella sta- 15.
tim festinanter ad regem ingressa petiit his verbis: Volo,
ut mihi des protinus in catino

ca-

16. caput Joannis Baptistæ. Id quod Marc. VI, 26.
dolens rex tamen propter jus-
jurandum & convivas noluit
17. ei denegare, Itaque regis man- - - 27.
dato spiculator Joannem in car-
cere decollatum ivit, caputque
18. ejus in catino attulit. Quod - - 28.
puella sibi traditum suæ dedit
19. matri. Joannis vero discipuli - - 29.
corpus ejus in monimento po-
suerunt.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid Herodes de Joanne sensit?
2. Numnam Herodes auscultavit Joanni?
3. Quodnam adulterium commisit Herodes?
4. An id silentio præteriit Joannes?
5. Quemadmodum id tulit regina Herodias?
6. Quo regem perduxit?
7. Nonne Herodes continuo Joannem interfici jussit?
8. Quis dies festus celebratus est in aula?
9. Quis saltavit coram convivis?
10. Placuitne hoc spectantibus?
11. Quid gratiæ effudit Herodes in puellam?
12. Quid rex juravit?
13. Quemnam puella consuluit?
14. Quid mater jussit?
15. Quid igitur petiit puella?
16. Quid consilii cepit Herodes auditis puellæ pre-
cibus?

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0339
DFG

17. Quid Joanni Baptistæ accidit?
18. Quo loco positum est ejus corpus?

Sententiæ utiles.

I. Ne principes quidem Dei leges valent auferre.

Herodes erat dignitate regia: Eum tamen fratris sui uxorem habere in matrimonio, nefas erat.

II. Dei ministros oportet dicere verum, etiamsi quidvis sit experiendum.

Id quod bene executus est Joannes, qui tacendo & blandiendo optime vitam servare potuisset suam.

III. Siracides recte dixit: Qui sæpe jurat, sæpe peccat.

Jurejurando incidit Herodes in discrimen faciendi, aut perjurium, aut cædem.

Piæ Meditationes.

Joannes salsis perstringit crimina verbis,
Herodes avidus percipit atque fugit.
Multa quidem; verum summi domini manet hostis,
Quid caussæ, quæris? defuit alma fides.
Ergo fidem veram semper servare studebo,
Atque laborabo moribus esse bonis.

Historia XXV.

de

Quinque hominum millibus a Jesu saturatis.

Matth. XIV. Marc. VI. Jo. VI.

Jo. VI, 1, 2. JEsus trajecit lacum Tiberiadis, sequente eum frequenti 1. 2. ho-

3. hominum multitudine, ut vi-
derent, quam portentosa face-
4. ret in ægrotantibus. Conscen- Jo. VI, 3.
dit autem Jesus montem, & ibi
5. cum suis discipulis resedit. Con- Marc. VI, 34.
specta tanta hominum multi-
tudine misertus est eorum,
6. quod erant perinde ac pasto-
7. rem non habentes oves, eos-
que multa docere aggressus est.
8. Postquam autem jam sera ve- - - 36.
nit hora, ejus discipuli dixe-
runt, eos dimitti nunc par esse,
ut in finitimos pagos vicosque
profecti, panes sibi comparent.
9. Jesus vero eis præberi jussit ci- - - 37.
10. bum. Inprimis Philippo di- Jo. VI, 5.
xit: Unde panes ememus, quos
11. hi comedant? Id autem dice- - - 6.
bat ejus tentandi gratia; scie-
bat enim ipse, quid facturus es-
12. set. Cui Philippus ita respondit:
Ducentorum denariorum pa- - - 7.
nes non satis sunt eis, ut eorum
13. quisque paululum accipiat. Ille
cum dein, quot haberent panes?
quæsisset, Andreas sic eum al- Marc. VI, 38.
14. loquitur: Est hic quidam puer, Jo. VI, 9.

qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces; sed hæc quantula sunt ad tam multos?
Jo. VI, 10. & Jesus: Facite, inquit, ut homines discumbant. In gramine igitur, quod eo loco erat, discubuere. Postquam in classes distributi centeni & quinquageni discubuerant, Jesus sumtos panes, actis gratiis, distribuit discipulis: Discipuli porro discumbentibus, itidemque ex piscibus quantum voluerunt;
Marc. VI, 42. comederuntque cuncti ad satietatem.
Jo. VI, 12. Quibus expletis mandavit, discipulis suis, ut superantia frusta colligerent, ne quid periret.
Marc. VI, 43. Et sublata sunt fragmentorum duodecim canistra
Matt. XIV, 21. plena, nec non ex piscibus. Qui comederunt autem erant virorum circiter quinque millia præter fœminas & parvulos.
Jo. VI, 14. Igitur homines videntes, quod ostentum edidisset Jesus, dicebant eum vere vatem illum esse, qui in orbem venturus esset.

15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.

Per-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid Jesus trajecit?
2. Quis est eum secutus?
3. Quamobrem sunt secuti?
4. Ubi Jesus resedit?
5. Quo animo affectus est Jesus?
6. Cui rei erant homines similes?
7. Quid docuit eos Jesus?
8. Quid vespere dixerunt discipuli?
9. Quid Jesus jussit?
10. Quid inprimis Philippo dixit?
11. Quare id dixit Jesus?
12. Quid Philippus respondit?
13. Quid deinde quæsivit Jesus?
14. Quibus verbis Andreas eum allocutus est?
15. Quid mandavit Jesus?
16. Quo loco discubuerunt homines?
17. Quomodo distributi erant?
18. Quibus Jesus panes distribuit?
19. Quibus discipuli distribuerunt?
20. Quorsum pisces?
21. Adeone exiguus apparatus tum suffecit?
22. Quid Jesus de fustis præcepit?
23. Quod canistra fragmentorum erant plena?
24. Quot comederunt de panibus?
25. Quid homines miraculo illo commoti dixerunt?

Sententiæ utiles.

I. In quovis canistro inscribi possunt verba: Unica nos Domini nutrit alitque manus.

Andreas: Hæc quantula sunt, inquit, ad

tam multos? sed ubi alma Dei manus accessit, quinque millia hominum saturata sunt.

II. Esurum omittere preces non decet.

Id quod Christi docemur exemplo, qui sumto pane prius gratias cœlesti egit patri, quam distribui jussit.

III. Cum quid alimentorum supereſt, ne pereat, cavendum.

Propterea Christus, ut discipuli sui frusta superantia in canistra colligerent, mandavit.

Piæ Meditationes.

Principio populus quæsivit fercula mentis,
Pellitur & posthæc ventris amara fames.
Nos temere cupimus cumprimis pabula ventris,
Post animo ambrosias quærimus esse cibum.
Esurit inprimis cœlorum regna Deumque
Mens mea: Namque Deus sponte alimenta dabit.

HISTORIA XXVI.

de

Petro per lacum inambulante.

Matt. XIV, 21. QVinque hominum millibus 1.
satiatis montem conscendit Jesus seorsum precandi gra-
22. tia. Discipulos vero suos coëgit 2.
navem conscendere, & ante se
Marc. VI, 47. trajicere. Illa igitur vespera Do- 3.
minus Jesus a suis abfuit discipulis,

pulis, cum ventus teneret ad- Matt. XIV, 24.
versum proficiscentibus, & na-
vis vexaretur fluctibus. Dein- Marc. VI, 48.
de circa quartam noctis vigili-
am venit ad eos JEsus per la-
cum ingrediens. Quem in la- Matt. XIV, 26.
cu ambulantem conspicati ejus
discipuli, turbati sunt, spectrum
esse dicentes. Hic vero proti- - - 27.
nus eos alloquens Jesus: Bono
este animo, inquit, ego sum, ne
metuite. Et Petrus respon- - - 28.
dens: Domine, inquit, si tues,
jube me ad te venire per
aquam. Et ille: Veni. Tum - - 29.
degressus de navi Petrus, in-
greditur per aquam, ut Jesum
adiret. Sed ventum cernens - - 30.
vehementem, timuit, & sub-
mergi incipiens sic exclamavit:
Domine, serva me. Tum Je- - - 31.
sus continuo porrecta manu
eum prehendit; & o parum fi-
dens, inquit ei, cur dubitasti?
Deinde eis navem ingressis, pla- - - 32.
catus est ventus, ac protinus na- Jo. VI, 21.
vis ad terram, ad quam tende-
bant, est appulsa. Qui vero Matt. XIV, 33.

erant in navi ei honorem præbitum venerunt, dicentes: Vere Dei filius es.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid Jesus saturatis multis hominibus aggressus est?
2. Quid vero discipulos suos coëgit?
3. Vesperane postera una cum discipulis Jesus fuit?
4. Quid in lacu experti sunt discipuli?
5. Quid viderunt circa quartam noctis vigiliam?
6. Quid cogitarunt discipuli conspicantes JEsum in lacu ambulantem?
7. Quonam modo se JEsus cognoscendum præbuit?
8. Quid sibi vult Petrus?
9. Quid Jesus respondet?
10. An Petrus ingressus est per aquam?
11. Quid vero ipsi in lacu accidit?
12. Virumne se præstitit Petrus in periculo?
13. Quid Dominus Jesus facit?
14. Quomodo Petrum reprehendit?
15. Quo se receperunt?
16. Quemadmodum navigatio cessit eis?
17. Quid homines, qui fuerunt in navi, dixerunt?

Sententiæ utiles.

I. *Jesus precaturus conscendit montem solus.*

Ita decet nos quoque solitudinem deligere, si quando cum Deo loqui cupimus.

II.

II. Petrus per aquam ingreditur initio forti animo, statim vero clamare incipit: Domine, serva me.

Ejusmodi est fides nostra, ut modo sit firma, modo imbecillis.

III. Circa quartam noctis vigiliam in lacu ambulavit Jesus.

Quatuor noctis vigiliæ fuerunt Judæis, quarum prima fuit a sexta ad nonam horam, altera a nona ad mediam noctem, tertia a media nocte ad tertiam horam, & quarta a tertia hora ad sextam matutinam.

Piæ Meditationes.

Christo vult audax occurrere Petrus in unda,
Dum vero tentat, magna pericla subit:
Incedens timido pede Petrus fidere cœpit,
Sed Christus digitis illico prensat eum.
Est mihi, quam calco, tellus tanquam unda profunda,
Ne mersus peream, porrige, Christe, manum.

HISTORIA XXVII.

de

Muliere Chananæa.

Matth. XV. Marc. VIII.

1. JEsus contulit se in Tyrios Si- Matth. XV, 21.
2. doniosque tractus. Ingressus Marc. VII, 24.
ibi domum quandam nolebat
id scire quenquam; sed non po-
3. tuit latere. Mulier enim Cha- Matt. XV, 22.
nanæa

nanæa ab illis profecta finibus,
clamabat ad eum his verbis:
Miserere mei Davidis nate: Fi- 4.
lia mea male a dæmonio vexa-
Matt. XV, 23. tur. Sed cum ille nihil ei re- 5.
spondisset, aggressi eum ejus 6.
discipuli sic rogare: Absolve 7.
eam; clamat enim pone nos.
= = 24. At ille respondens; Non sum 8.
missus, inquit, nisi ad oves per-
= = 25. ditas Israëliticæ domus. Cum- 9.
que illa veniisset, & ei præbens
honorem diceret: Domine, suc-
curre mihi; ille sic respondit:
= = 26. Non convenit sumere libero- 10.
rum panem, & objicere catel-
= = 27. lis. Et illa; Ita est, Domine; & 11.
tamen catelli quoque come-
dunt de micis, quæ decidunt
de mensa dominorum suorum.
= = 28. Tum Jesus respondens: O mu- 12.
lier, inquit ei, magna est fides
tua, quod vis, obtineto. Ita sa- 13.
nata est ejus filia eadem illa ho-
Marc. VII, 30. ra. Domum enim suam pro- 14.
fecta invenit egressum dæmo-
nium & jacentem in lecto fili-
am.

Per-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quo se Jesus contulit!
2. Quo ingressus est?
3. Quis eum adesse comperérat?
4. Quid clamavit mulier Chananæa?
5. Quid Servator respondit?
6. Quis pro misera intercessit?
7. Quid discipuli ei dixerunt?
8. Quid ille respondit?
9. An propterea mulier discessit?
10. Quam Dominus Jesus adduxit similitudinem?
11. Quomodo mulier similitudinem in suum vertit commodum?
12. Quid Jesus ei respondit?
13. Quid filiæ accidit?
14. Quid mulier domi invenit?

Sententiæ utiles.

I. Crux cogit nos confugere ad Deum.

Quod videre est in muliere afflicta, quæ Jesum, licet latere vellet, quæsivit.

II. In precibus perseverandum est.

Mulier Chananæa orare non destitit, licet aspère tractaretur.

III. Mulierum fides est non raro firma fides.

Hic Christus: O mulier, inquit, magna est fides tua. Contra discipulos sæpe sic allocutus est: O vos parum fidentes.

Piæ Meditationes.

Non est esca canum panis quoad esurit infans;
Non canibus, verum cœna paratur hero.

Fran-

Frangere namque famem catuli vel frustula possunt,
Atque levare sitim jusculа mista parum.
O Deus inflectam me blandus more catelli,
Fac, mihi det micas gratia larga tua.

HISTORIA XXVIII.

de

Christi transformatione, quæ accidit ei in monte Thabor.

Matth. XVII. Marc. IX. Luc. IX.

Luc. IX, 28. Matt. XVII, 1. DOminus JEsus conscendit montem precandi gratia, assumto Petro, Jacobo & Joanne. Luc. IX, 29. Atque Jesu precante facta est Matt. XVII, 2. ejus vultus species alia. Nam facies solis modo resplenduit, ejusque vestimenta cœperunt Marc. IX, 3. fulgere & esse tam alba quam est nix, quomodo nullus in orbe fullo dealbare posset. Et duo Luc. IX, 30. apparuere viri, qui erant Moses & Elias non sine splendore; - - 31. qui dixerunt Jesu exitum, quo perfuncturus erat Hierosolymæ. - - 32. Petrus vero & ejus comites somno gravati, postquam experrecti sunt, viderunt JEsu splen-

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

10. splendorem. Tum Petrus Je-
sum alloquens: Domine, inquit, Matt. XVII, 4.
bonum est hic esse nos. Si vis, Luc. IX, 33.
faciamus hic tria tabernacula,
tibi unum, Mosi unum & Eliæ
11. unum. Hæc eo loquente lucida - - 34.
12. nubes illos obumbravit, & ex Matt. XVII, 5.
nube vox extitit, ita dicens: Hic
est meus charissimus filius, qui
mihi acceptus est, hunc audite.
13. Hoc audito sermone magno- - - 6.
pere territi discipuli, cecidere
14. proni. At Jesus eos aggressus, - - 7.
tetigit: Surgite, inquit, neque
15. metuite. Tum illi sublatis ocu- - - 8.
lis neminem viderunt, nisi so-
lum Jesum.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quo Jesus ivit oratum?
2. Quot assumsit discipulos?
3. Quid Jesu precante factum est?
4. Quænam fuit ejus facies?
5. Cujus coloris erant ejus vestimenta?
6. Quinam duo viri apparuerunt?
7. Quid dixerunt?
8. Quid discipulis interea accidit?
9. Quid experrecti viderunt?
10. Quibus verbis semisomnus Petrus Jesum allo-
quitur?

11. Quid illos obumbravit?
12. Quæ vox est audita?
13. Quo animo fuerunt discipuli?
14. Quis consolatus est discipulos?
15. Quis transformationis fuit exitus?

Sententiæ utiles.

I. Tempore, quo Christi facies est transformata, eo apparuerunt Moses & Elias.

Sequitur igitur, ut post hanc vitam sit alia; quod ambo viri isti viventes erant, cum tamen ante multa secula e mundo emigrassent.

II. Petrus noverat Mosem & Eliam, licet antea eos nunquam vidisset.

Unde probabile admodum videtur, fore, ut in cœlo electi inter se distincte cognoscant.

III. Moses & Elias multa luce coruscantes apparuerunt.

Similiter quoque DEus aliquando humile nostrum corpus sic transfigurabit, ut eandem cum ejus glorioso corpore formam habeat.

Piæ Meditationes.

Ceu solis splendor facies tua, Christe, refulget,
Cum tu Servator clarior esse cupis.
Nunc quoties animo præstantem cogito formam,
Hunc toties montem me tetigisse velim.
Tam mihi felici in mundo non esse licebit,
In cœlo formam, Christe, videbo tuam.

Hi-

Historia XXIX.
de
Lunatico.

Matth. XVII. Marc. IX. Luc. IX.

1. VIr quidam habuit filium Luc. IX, 38.
unicum, qui fuit lunaticus.
2. Mutus qui in eo erat spiritus mi- Marc. IX, 17.
serum corripuit vehementer,
3. atque laceravit, ut spumaret, - - 20.
& dentibus strideret ac tabesce-
4. ret. Quin etiam diabolus eum - - 21.
sæpe & in ignem conjecit, & in
5. aquam, ut eum perderet. Pater Matt. XVII, 16.
eum quidem discipulis Domini
JEsu adduxerat, sed eum non
6. potuerant sanare. Tandem Luc. IX, 38.
ipse aggressus JEsum congenu-
lans petiit, ut spectaret ejus fili- Matt. XVII, 14.
7. um. Adducto filio simulac Je- Marc. IX, 19.
sum vidit spiritus, convulsit
puerum ita, ut collapsus, humi
8. volutaretur spumans. JEsus - - 20.
ejus ex patre sciscitatus est,
quamdiu esset, cum id ei acci-
9. disset? & pater respondit: Jam
a pueris; lamentansque dixit:
10. Si quid potes, succurre nobis, - - 21.

Marc. IX, 22. nostri misertus. Et JEsus: Si 11.
quidem potes, inquit ei, crede-
- - 23. re; omnia fieri possunt creden- 12.
ti. Hic protinus exclamans
pueri pater, cum lacrymis:
Credo, inquit, Domine, succur-
- - 24. re infidelitati meæ. Jesus increpans impurum spiritum, mandavit ei, ut emigraret, nec amplius in istum intraret. Tum 13.
- - - 25. ille exclamando puerumque 14.
vehementer laniando exiit. Filius perinde fuit ac mortuus, 15.
ita ut multi mortuum esse di-
- - 26. cerent. At Jesus eum manu 16.
prehensum allevavit, atque ille
- - 27. surrexit. Eum autem domum 17.
ingressum discipuli seorsum interrogarunt, cur ipsi eum ex-
Matt. XVII, 20. pellere nequivissent? Jesus ge- 18.
neratim propter incredulitatem eorum non potuisse fieri asserit, confirmatque eis, si tantum fidei haberent, quantum esset granum sinapis, posse eos, ut montes migrarent, efficere.
Marc, IX, 28. Speciatim autem Jesus de spiritu ediserit, hoc genus nullo 19.
modo

modo posse ejici nisi precibus & jejuniis.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quem dolorem homo quispiam ex filii calamitate cepit?
2. Quis spiritus puerum illum occuparat?
3. Quid filio accidit, quo angeretur pater?
4. Quæ omnium maxima fuit calamitas?
5. A quo homo ille petierat auxilium?
6. Quem porro est aggressus?
7. Quid filio accidit ad Jesum adducto?
8. Quid Jesus sciscitatus est ex patre?
9. Quid ipsi respondetur?
10. Quid a Jesu petiit pater?
11. Quid a patre postulavit Jesus?
12. Quomodo pater Christo probavit fidem?
13. Quid Jesus impuro mandavit spiritui?
14. Quo successu?
15. Ut se habuit puer?
16. Quis ei penitus restituit valetudinem?
17. Quid Jesum discipuli domi seorsum interrogarunt?
18. Quam caussam impotentiæ discipulorum adducit?
19. Quid, qua ratione possit ejici spiritus, Christus docet?

Sententiæ utiles.

Ex recensione isthac cognoscitur, quanta sit

I. Vis diaboli.

Hicce enim lunaticum conjecit in ignem & aquam.

II. Vis Domini Jesu.

Cujus jussu spiritui emigrandum fuit, nec ei redire licuit.

III. Vis fidei.

Christus enim: Omnia, inquit, fieri possunt a credente.

Piæ Meditationes.

Hoc Dominus Jesus prodit memorabile dictum:
Confidens toto pectore cuncta potest.
Dum pater ægroti fidit speratque levamen,
De nato Christus dæmona pellit atrum.
Hancce fidem teneo, patiar nec tollier unquam,
Firma, Christe, brevem pertenuemque fidem.

HISTORIA XXX.

de

Cæco nato.

Jo. IX.

Jo. IX, 1. PRæteriens Jesus vidit hominem a nativitate cæcum, de 1.
quo eum interrogarunt ejus
- - 2. discipuli: utrum, quia peccavisset ipse, an quia ejus paren- 2.
- - 3. tes, cæcus sit natus? Quibus Jesus respondit; id, neque quia 3.
ipse, neque quia ejus parentes pec-

peccaviſſent, ſed ut in eo divina
opera patefierent, eſſe factum.
4. Paulo poſt Jeſus ſpuit humi, & Jo. IX, 6.
ex ſputo lutum fecit, quod lu-
5. tum cæci oculis illevit; eum- - - 7.
que juſſit ire lotum in piſcina
6. Siloa. Ut cæcus ivit, ſeque la-
vit, cœpit videre. Vicini quæ-
7. rebant: Num is eſt, qui antea ſe- - - 8.
8. debat & mendicabat? alii eum - - 9.
9. eſſe, alii ejus ſimilem eſſe dice-
10. bant; ipſe, eum ſe eſſe ajebat. De-
ductus ad Phariſæos, rem, ſi-
cut acciderat, recenſere jube-
11. tur. Cum autem Jeſus ſabbatho, - - 14.
facto luto, ejus aperuiſſet ocu-
12. los, alii dixerunt: Eum homi- - - 16.
nem a Deo non eſſe, quod ſab-
13. bathum non ageret. Alii ſic di-
cere: Qui poſſet improbus ho-
14. mo tam prodigioſa facere? Cæ- - - 17.
cus interrogatus: Vatem, in-
15. quit, eſſe illum. Dein acceſſi- - - 18.
tos ejus parentes interrogarunt:
num hicce eſſet eorum filius?
16. Quibus ejus parentes ita re-
ſponderunt: Hunc filium eſſe - - 20.
noſtrum & cæcum fuiſſe na-

Jo. IX, 19. tum, scimus. Interrogati porro: 17.
Qua ratione ejus oculi essent a-
- - 21. perti? dixerunt: Ipsum filium 18.
jam satis esse grandem, ipsum
- - 22. posse interrogari. Hæc eo dixe- 19.
runt ejus parentes, quod Ju-
dæos formidabant & metue-
bant, ne forte synagogæ com-
munione privarentur. Postea 20.
- - 29. Judæi: Unde hic, inquiunt, sit,
nescimus. At homo contra, qui 21.
- - 33. fuerat cæcus: Nisi esset a
Deo, inquit, ejusmodi miracu-
la facere haud posset. Senten- 22.
tiam quoque adducit illam:
- - 31. Scimus improbos a Deo non
audiri, sed si quis pius est, &
ejus voluntati paret, hunc au-
- - 34. dit. Quibus dictis ad iram com- 23.
moti eum foras ejecerunt.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quidnam Jesus præteriens vidit?
2. Quid interrogarunt discipuli de homine cæco nato?
3. Quid Jesus discipulis respondit?
4. Quomodo Jesus cæci oculos aperuit?
5. Quo lotum cæcum ire jussit?
6. Quid lotione ista profecit?

7. Quid

7. Quid vicini quæsiverunt?
8. Quæ ortæ sunt dissensiones?
9. Quid cæcus ille dixit?
10. Quo mendicantem deduxerunt?
11. Quo die cœpit videre?
12. Quid de Jesu judicarunt Pharisæi?
13. Quid alii dixere?
14. Quid asserit mendicus de Jesu?
15. Quem arcessi jusserunt Judæi?
16. Quid parentes responderunt?
17. Quid porro Judæi interrogarunt?
18. Quid parentes dixerunt?
19. Cur sensa animi celabant?
20. Quid fassi sunt de Jesu Judæi?
21. Quid vero mendicus de eo sensit?
22. Quam egregiam sententiam adducit mendicus?
23. Qua ratione dimissus est.

Sententiæ utiles.

I. *Quendam cæcum natum esse audimus.*

Qui cæcus est, miser est. Agamus igitur DEO gratias, quod nobis dederit visum, eumque usque ad præsentem servaverit horam.

II. *Aut mendicum aut ejus parentes peccasse arbitrati sunt discipuli; utrosque vero Christus excusat.*

Non igitur decet semper, si cui aliquid mali accidat, dicere nos: Multis doloribus afficientur impii. Ps. XXXII, 10. Sed & dictum illud meminisse oportet: Multa sunt justorum mala. Ps. XXXIV, 20.

III. Cæcus: Improbos scimus, inquit, non audiri. Timeamus ergo Deum, &, quod ad ejus voluntatem pertinet, faciamus, ut certo, nos exauditum iri, possimus confidere.

Piæ Meditationes.

Piscinæ cæcus quo vultum perluit unda,
Illo oculis acies tempore salva redit.
Sum similis cæcis, cum desint lumina mentis;
Unde meis oculis unda salubris erit?
Sancta cruentati modo Christi vulnera sugam,
Succus sic oculis abluet omne malum.

HISTORIA XXXI.

de

Martha & Maria.

Luc. X.

Luc. X, 38. DOminus JEsus iter faciens 1.
ingreditur in quendam vi-
- - 39. cum, ubi eum mulier quædam 2.
nomine Martha domi suæ re- 3.
cepit. Huic soror erat nomine 4.
Maria, quæ ad Jesu pedes assi-
dens audiebat ejus orationem.
Martha vero, cum, Christum 5.
cultura, non parum ministerio
distraheretur, Domino Jesu sic
- - 40. dicere institit: Domine, hocci- 6.
ne

ne non curas, quod mea soror
solam me ministrare sinit? dic
igitur ei, ut me adjuvet. Cui
7. Jesus respondens: Martha, Mar- Luc. X, 41.
tha, inquit, tu de multis solicita
8. turbaris, & uno est opus. Ma- - - 42.
ria bonam conditionem elegit,
quæ quidem ab ea non auferetur.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quo Jesus rursum ingreditur?
2. Quis eum domi suæ accepit?
3. Quam Martha habuit sororem?
4. Quid faciebat Maria?
5. Quid Martha interea egit?
6. Quid Martha Jesu dixit?
7. Quid ei Jesus respondit?
8. Quid de ejus sorore Maria judicavit Jesus?

Sententiæ utiles.

I. Cura rei domesticæ pulcra est virtus.

Quam in Martha multum operæ impendente, ut Domino Christo ministraret, cognoscimus.

II. Nec minus pulcra virtus est pietas.

Quam de Maria, quæ ad Jesu pedes assidens audiebat ejus orationem, discere possumus.

III. Cura vero rei domesticæ longe præstantior virtus est pietas.

Id quod a Christo, qui uno opus esse, Mariamque bonam conditionem elegisse dicit, docemur.

Piæ Meditationes.

Projicit ad Christi subsellia casta Maria
Sese: Hinc illam sors optima quæque manet.
Anxia Martha domi contra huc illucque cucurrit,
Nos ambæ studio multa docere queunt;
Quæ fidei virtus, poterit dictare Maria,
Martha bonum nobis monstrat amoris opus.

Historia XXXII.

de

Filio perdito.

Luc. XV.

Luc. XV, 11. HAbebat homo quidam duos filios, quorum junior com- 1. 2.
- - 12. petentem bonorum partem sibi a patre dari postulavit. Itaque 3. pater divisit eis facultates, deditque juniori, quod ad eum
- - 13. poterat pertinere. Congestis 4. omnibus filius in longinquam regionem peregre profectus est, atque illic facultates suas luxuriose vivendo prodegit.
- - 14. Postquam omnia absumpsit, or- 5. ta

ta in illa regione gravi fame
6. cœpit indigere. Itaque adiit Luc. XV, 15.
ejus regionis civium quen-
dam, & apud eum hæsit, atque
ille eum in prædium suum mi-
7. sit ad pascendos porcos. Isque - - 16.
eo venit, ut cuperet ventrem
suum replere siliquis, quas por-
ci comedebant, nec ei quisquam
8. dabat. Igitur ad sese reversus ita - - 17.
cogitare: Quam multi mei pa-
tris mercenarii panibus cir-
cumfluunt, & ego fame pereo?
9. Recipiam me ad meum pa- - - 18.
trem, eique dicam: Pater, & in - - 19.
cœlum & adversum te peccavi,
ita ut jam non sim dignus, qui
dicar tuus filius; utere me pe-
rinde ac uno tuorum mercena-
10. riorum. Ita profectus venit ad - - 20.
patrem suum; quem adhuc
procul absentem conspicatus
11. pater, misertus accurrit, eique - - 20.
in collum insiliit, & eum deo-
12. sculatus est. Et filius sic illum - - 21.
allocutus est: Pater, & in cœlum
& adversum te peccavi, ita ut
jam non sim dignus, qui dicar
tuus

Luc. XV, 22. tuus filius. At pater: Proferte, 13.
inquit suis servis, priorem sto-
lam, eumque induite, & ejus
manui annulum adhibete, &
- - 23. calceos pedibus; eductumque 14.
vitulum altilem mactate, læte-
- - 24. que epulemur: Nam hic filius 15.
meus, qui erat mortuus, revi-
xit; & qui perditus erat, inven-
- - 25. tus est. Ut lætari cœperunt, fi- 16.
lius ejus natu grandior rure re-
diens audivit concentum atque
- - 26. choros in patris domo. Vocato 17.
uno famulorum scisitatus est
- - 27. ex eo, quid ea sibi vellent? Cui 18.
ille: Venit tuus frater, inquit;
itaque mactavit tuus pater alti-
lem vitulum, quod eum rece-
- - 28. perit incolumem. Quo sermo- 19.
ne graviter commotus ille na-
tus noluit ingredi domum.
Cumque pater ejus egressus 20.
eum hortaretur, ille patri re-
- - 29. spondit in hunc modum: Ego 21.
tot annos tibi servio, nec un-
quam contra tuum præceptum
feci; & tu mihi nunquam vel 22.
hædum dedisti, ut cum meis
ami-

23. amicis lætarer. At iſte tuus fi- Luc. XV, 30.
lius, qui facultates ſuas cum
ſcortis abliguriit, ubi venit, tu
24. ei altilem vitulum mactaſti. At - - 31.
ille: Nate, inquit ei, tu mecum
ſemper eſt, & omnia mea tua
25. ſunt. Enimvero lætari & gau- - - 32.
26. dere oportuit; quod tuus hic - - 33.
frater, cum mortuus eſſet, revi-
xit, cum perditus eſſet, inven-
tus eſt.

Perſpicuæ Quæſtiones.

1. Quot homo quidam habebat filios?
2. Quid junior poſtulavit?
3. An pater dedit competentem bonorum partem filio?
4. Quomodo facultatibus ſuis eſt uſus?
5. Quæ orta eſt calamitas in peregrina regione?
6. A quo conductus eſt?
7. Quid paſcenti porcos accidit?
8. Quid filius ille perditus cogitare cœpit?
9. Quid ſecum ſtatuit?
10. Itane, ut ſtatuerat, fecit?
11. Quemadmodum eum accepit pater?
12. Quibus verbis perditus filius allocutus eſt patrem?
13. Quæ veſtimenta dedit pater?
14. Quid pater illius cauſſa jubet mactari?
15. Quid pater lætus dixit?

16.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0365
DFG

16. Ubi interea natu grandior filius fuit?
17. Quid sciscitatus est ille filius?
18. Quid famulus respondit?
19. Num id placuit illi nato?
20. Ut se ei præbuit pater?
21. Quid filius ille major respondit patri?
22. Quid patri succensuit?
23. Quid de fratre conquestus est?
24. Quodnam solatium ei dedit pater?
25. Quid hortatus est pater?
26. Cur eum lætari voluit?

Sententiæ utiles.

I. Peccatum detrudit homines in maximam pœnam.

Quod videmus in filio degenere, qui ita indigere cœpit, ut ne ei filiquis quidem, quas comedebant porci, ad satietatem vesci liceret.

II. Si quis deliquit, eum oportet reverti, pœnitentiamque agere.

Ita degeneris fili monemur exemplo, qui ad patrem revertens: Pater, inquit, in cœlum & adversum te peccavi.

III. In gratiam cum Deo redit, qui seriam agit pœnitentiam.

Per patrem enim perditi filii intelligitur nemo, nisi misericors DEus, qui in cœlo & in terra pater est.

Piæ Meditationes.

Cum porcis siliquas natus malus appetit ille,
Postquam cum scortis dilapidatus erat

Num-

Nummus. Sic exit juvenum lascivia passim,
Qui stolidi nihili jussa parentis habent.
O Deus, istius generis peccata cavebo,
Ne sit cum porcis esca voranda mihi.

HISTORIA XXXIII.

de

Divite quodam Heluone.

Luc. XVI.

1. ERat homo quidam dives, qui Luc. XVI, 19.
2. purpura & byssо vestieba-
3. tur, quotidie laute voluptati-
4. bus indulgens. Erat & quidam - - 20.
5. pauper nomine Lazarus, qui
6. ad ejus vestibulum jacebat ul-
7. cerosus, cupiensque saturari - - 21.
micis, quæ de divitis mensa de-
8. cidebant. Quin & canes venie-
bant, & ejus ulcera lingebant.
9. Accidit autem, ut moreretur - - 22.
10. pauper, & ab Angelis in Abra-
hami gremium auferretur.
11. Mortuus est & dives & sepultus.
12. Atque is in orco, sublatis ocu- - - 23.
13. lis, cum esset in cruciatibus, a-
14. spicit Abrahamum procul, & in
15. ejus gremio Lazarum. Et: Pa- - - 24.
ter

ter Abrahame, inquit clamans, miserere mei! & mitte Lazarum, qui summo digito suo in aqua intincto mihi linguam refrigeret: Crucior enim in hac flam-
Luc. XVI, 25. ma. At Abrahamus: Nate, inquit, memineris & te tuis bonis in vita tua & Lazarum malis esse defunctum. Nunc & hic in
- - 26. solatio, & tu in dolore est. Præterea constat omnino inter nos & vos vasta vorago, ut qui velint hinc ad vos transire, non possint, neque qui isthic sunt,
- - 27. ad nos trajiciant. Tum ille: Rogo igitur te, Pater, ut eum in mei patris domum mittas;
- - 28. ut meos fratres (habeo enim quinque) commonefaciat, ne ipsi quoque in hunc cruciatus
- - 29. locum veniant. At Abrahamus: Habent Mosem & vates, inquit
- - 30. ei, eos audiant. Et ille: At vero, Pater Abrahame, si quis a mortuis ad eos fuerit profectus,
- - 31. corrigent se. Si Mosem, inquit Abrahamus & vates non audiunt; ne, si quidem quispiam ex mor-

16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27

mortuis resurgat, obtemperabunt.

Perspicuæ Quæstiones.

1. De quo homine differit Jesus?
2. Quemadmodum vestiebatur?
3. Qui præterea vitam egit?
4. Quis ad ejus vestibulum jacebat?
5. Quodnam nomen fuit pauperi?
6. Quæ erat pauperis conditio?
7. Quid pauper cupivit?
8. Quomodo canes ei benefecerunt?
9. Quid pauperi accidit?
10. Quo sublatus est ejus animus?
11. Quid accidit diviti?
12. Quo est raptus?
13. Quid dives ex orco conspicit?
14. Quis erat in Abrahami gremio?
15. Quid dives clamans inquit?
16. Quodnam beneficium ab Abrahamo petiit?
17. Cur frigidam petiit?
18. Qua ratione eum consolatus est Abrahamus?
19. Quid contra de Lazaro dixit?
20. Quodnam hos inter discrimen facit?
21. Quæ vorago est inter cœlum & infernum?
22. Nonne beati & damnati possunt convenire?
23. Quid denuo dives petiit?
24. Quid in patria sua curatum voluit?
25. Quid Abrahamus respondit?
26. Quid ille opposuit?
27. Quibus tandem verbis eum Abrahamus dimittit?

Sententiæ utiles.

I. Discimus inde, quo animi morientium proficiscantur fidelium.

Ab Angelis nimirum tolluntur in Abrahami gremium, ubi cum Lazaro afficiuntur solatio.

II. Discimus, quo improborum animi e corpore migrantes auferantur.

Videlicet in orcum & cruciatus locum, ubi cum divite homine clamantes inquiunt: Crucior in hac flamma.

III. Discimus tandem ex inferno posse redimi neminem.

Tam enim vasta inter cœlum & infernum est vorago, ut nulla ratione possit conveniri.

Piæ Meditationes.

Mitte meo (dives cum sim,) me vivere more,
Sufficit æs memet solvere posse meum.
Erras, si sapiens etiam videaris, Amice,
Ex illo regulas divite disce duas.
Primum magnifice ne cunctis vive diebus,
Pauperis ægroti postea frange famem.

HISTORIA XXXIV.

de

Pueris, quibus Jesus bene est precatus.

Matth. XIX. Marc. X. Luc. XVIII.

Luc. XVIII, 15. Marc. X, 13. Afferebant ad Jesum parvulos, 1. ut eos tangeret. Discipuli 2. 3. vero

vero eos, a quibus adducebantur, objurgabant. Quo viso indignatus Jesus, dixit eis: Sinite pueros ad me venire, neve eos prohibete: Talium enim est Dei regnum. Hoc pro certo habetote, qui Dei regnum non acceperit ut puer, eum non esse in id ingressurum. Deinde eos complexus ulnis & manibus eis impositis eis bene precatus est.

Marc. X, 14. - - 15. - - 16.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid ad Jesum attulerunt?
2. Quid de pueris a Jesu petierunt?
3. Quid audebant discipuli?
4. An Jesus homines ita objurgari passus est?
5. Quibus verbis discipulos suos reprehendit?
6. Quam sententiam de pueris tulit Jesus?
7. Quemadmodum Iesus pueros tractavit?

Sententiæ utiles.

I. Parentes suos liberos ad Christum adduxerunt, eosdem ut tangeret.

Idem hodie & omnes christiani parentes faciunt mittentes liberos suos in ludum, ubi Christus ministros suos, qui pueros ejus nomine accipiant, habet.

II. Dominus Jesus: Sinite, inquit, pueros ad me venire: Eorum enim est regnum Dei.

Unde nobis certo constat, Spiritum Sanctum

ctum fidem etiam in parvulis efficere, sine qua alias cœli participes fieri haud possent.

III. Dominus Jesus pueros osculatus, eisque impositis manibus bene precatus est.

Id quod potest esse honori atque solatio magistris omnibus, quibus cum parvulis res est. Dominum enim Jesum parvulorum non puduisse, apparet.

Piæ Meditationes.

Non tantum miseros, qui sunt ætate profecta,
In regno Christus suscipit atque fovet;
Sed quoque dat pueris, quos diligit, oscula parvis,
Imponens digitos fausta precatur eis.
Ad Jesum Christum pueri properabimus omnes,
Qui nostris votis prosperiora dabit.

HISTORIA XXXV.

de

Zachæo Christi hospite.

Luc. XIX.

Luc. XIX, 1. JEsu per Hierichuntem eunte 1.
- - 2. aderat quidam vir, qui no- 2.
mine Zachæus vocabatur, publicanorum magister, isque di-
- - 3. ves. Is cum conaretur Jesum 3.
videre, quis esset, neque præ
hominum turba posset, utpo- 4.
te qui esset statura parvus, præ-

cur-

5. currit, & in caprificum ascen- Luc. XIX, 4.
dit, ut eum videret: Nam il-
6. lac transiturus erat. Ad eum - - 5.
locum ubi venit Jesus, suspexit,
7. & eo viso sic ei dixit: Zachæe,
descende propere: Hodie enim
mihi domi tuæ manendum est.
8. Atque ille celeriter descendit, - - 6.
9. eumque lætus accepit. Quo vi- - - 7.
so fremebant omnes, quod ad
hominem improbum diversa-
10. tum ivisset. Zachæus vero Do-
minum sic alloqui instituit: Sci- - - 8.
to me, Domine, dimidium fa-
cultatum mearum largiri pau-
peribus; quod si quem ulla re
fraudavi, reddo quadruplum.
11. Tum Jesus ei dixit: Salutem eo - - 9.
die partam esse ei domui, qua-
tenus ipse quoque Abrahami-
12. des esset. Venisse enim homi- - - 10.
ne natum ad perdita quærenda
atque servanda.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quis vir erat Hierichunte?
2. Quo fungebatur officio?
3. Quid conabatur?
4. Quid eum impedivit?

5. Quid cepit consilii?
6. Jesusne eum conspexit?
7. Quid Jesus Zachæo in arbore hærenti dixit?
8. Numnam Zachæus obsecutus est?
9. Quid ea de re sentiebant homines?
10. Qua ratione Zachæus pœnitere se peccati ostendit?
11. Quid domui illius Jesus dixit esse partum?
12. Quid de homine nato edisserit?

Sententiæ utiles.

I. Zachæus in caprificum ascendit, ut Christum sibi aspicere liceret.

Qui fit, ut complures Christianorum sacris addicti ne domo quidem sua Christum colendi caussa libenter exeant in templum?

II. Zachæus valens erat opibus, nihilo secius tamen ejus domui impertivit Christus salutem.

Unde cognoscitur, divites, si velint, in cœlum posse pervenire, licet eis multo plura sint impedimento, quam pauperibus.

III. Zachæus se quadruplum eorum redditurum, quæ sibi essent male parta, promisit.

Ex quo patet, eum ex animo admissa peccata doluisse, id quod semper veræ pœnitentiæ consuevit esse initium.

Piæ Meditationes.

Zachæi vulgo non uno crimine noti
Nequaquam Christus spernit inire domum.
Propterea vulgus mobilis commurmurat ira,
Christus utut miseris venerit auxilio.
Laudo Deum summum, miseros qui convocat omnes.
Ad me sic Jesum spero venire meum. Hi-

HISTORIA XXXVI.
de
Lazaro ſuſcitato.

Jo. XI.

1. ERat quidam ægrotus nomi- Jo. XI, 1.
ne Lazarus Bethaniæ, ha-
2. bens duas ſorores Mariam &
3. Martham. Quos uterinos ſin- - - 5.
gulos JEſus ſibi optime notos
4. amabat. Sorores igitur Lazari - - 3.
miſerunt Jeſu ſignificatum ita:
Domine, ſcito eum, quem a-
5. mas, ægrotare. Hoc audito Je- - - 4.
ſus ita dixit: Hic morbus letha-
lis non eſt, ſed ob Dei gloriam
eſt, ut per eum celebretur Dei
6. filius. Non vero ſtatim eo pro- - - 6.
fectus eſt, ſed tum manſit, in
7. quo erat loco, duos dies. Pau- - - 11.
lo poſt Jeſus ſic diſcipulos eſt
allocutus: Lazarus amicus no-
8. ſter obdormivit. Tum ejus di- - - 12.
ſcipuli: Domine, inquiunt, ſi
9. obdormivit, ſalvus eſt: Jeſus
vero tum aperte dixit: Lazarus - - 14.
mortuus eſt, ſed proficiſcamur

Jo. XI, 15. ad eum. Jesus ubi Bethaniam 10.
- - 17. venit, Lazarus quartum jam
diem egerat in monimento.
- - 19. Multi Judæorum ad Martham 11.
& Mariam venerant, ut eas de
- - 20. suo fratre consolarentur. Igi- 12.
tur Martha, ut Jesum venire au-
divit, ei obviam, sedente domi
- - 21. Maria, ivit; & sic eum allocu- 13.
ta est: Domine, si tu hic adfu-
isses, meus frater mortuus non
- - 22. fuisset; quanquam nunc quo- 14.
que scio, quicquid a Deo petive-
ris, daturum esse tibi Deum.
- - 23. Cui Jesus: Resurget frater tu- 15.
- - 24. us. Scio, inquit ei Martha, re- 16.
surrecturum esse in resurre-
- - 25. ctione ultima die. Tum Chri- 17.
stus de se sic dicere est exorsus:
Ego sum resurrectio & vita;
qui in me credet, etiamsi mor-
tuus fuerit, reviviscet. Et quis-
quis vivit, & in me credit, nun-
- - 26. quam moriturus est. Quibus
pronuntiatis: Credis hoc? in- 18.
- - 27. quit Marthæ. Etiam: Domine, 19.
inquit illa, ego credo, te Chri-
stum esse Dei filium, qui in
mun-

20. mundum venturus eras. At- Jo. XI, 28.
que hæc locuta, ivit accersi-
tum Mariam sororem suam, ei-
que clanculum dixit, magistrum
21. adesse, qui eam vocaret. Illa - - 29.
hoc audito celeriter surgit, &
22. illum adit. Judæi ergo, qui - - - 31.
eam consolabantur, videntes
Mariam celeriter surrexisse, at-
que exiisse, secuti sunt eam, ra-
ti eam ad monimentum ire, ut
23. ibi ploraret. Maria ut Jesum vi- - - 32.
di, tei ad pedes accidit: Domine,
inquit ei, si tu hic adfuisses, non
24. fuisset mortuus frater meus. - - - 33.
Tum Jesus, ubi eam plorantem,
& comitatos eam Judæos plo-
rantes vidit, infremuit animo,
25. conturbatusque dixit: Ubi eum - - 34.
26. posuistis? Domine, inquiunt ei,
27. veni visum. Jesu lacrymante,
Judæi dixerunt: En quantope- - - 35.
28. re eum amabat. Item eorum - - 36.
29. quidam dicebant: Non pote- - - 37.
rat is, qui cæci oculos aperuit
efficere, ut hic quoque non mo-
30. reretur? Ut Jesus ad monimen- - - 39.
tum venit, saxum auferri ju-

Jo. XI, 39. bet. Cui Martha: Domine, in- 31.
quit, jam fœtet; nam quatuor
- - 40. dierum est. At Jesus: Dixine 32.
ego tibi, inquit ei, te, si fidem
habueris, visuram Dei gloriam?
- - 41. Saxo sublato invocavit cœle- 33.
- - 43. stem patrem, & peractis preci- 34.
bus ingenti voce clamavit: La-
- - 44. zare, veni foras. Et mortuus 35.
exiit, pedes manusque vinctus
fasciis, vultu sudario obvelato. 36.
Solvite eum, inquit eis Jesus, &
- - 45. abire finite. Igitur multi Judæo- 37.
rum, qui ista omnia viderant,
- - 46. in eum crediderunt. At eorum 38.
quidam Pharisæos adierunt, &
eis, quæ fecisset Jesus, dixe-
- - 53. runt; igitur ex eo die de peri- 39.
mendo Jesu consultarunt Pha-
- XII, 10. risæi. Cum etiam multitudi- 40.
nem, Lazarum, quem Jesus su-
scitaverat ex mortuis, videndi
caussa, confluere audirent, de
Lazaro necando inierunt con-
silia?

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quis ægrotus Bethaniæ fuit?

2. Quæ

2. Quæ nomina erant ejus ſororibus?
3. Num Lazarus ejusque ſorores Chriſto fuerunt noti?
4. Quid ſorores ambæ Chriſto ſignificarunt?
5. Quid Jeſus dixit de morbo?
6. Num confeſtim profectus eſt Bethaniam?
7. Quibus verbis interea Jeſus allocutus eſt diſcipulos?
8. Quid judicant de Lazaro diſcipuli?
9. Quomodo interpretatus eſt dormitionem?
10. Quando Jeſus Bethaniam venit?
11. Quis venerat ad ſorores iſtas?
12. Quemadmodum eum iſtæ ſorores acceperunt?
13. Quibus verbis Martha Jeſum allocuta eſt?
14. Quid credebat Martha eſſe futurum?
15. Quid Jeſus dixit Marthæ?
16. Quid Martha de fratris reditu in vitam reſpondit?
17. Quid Jeſus de ſe dixit?
18. Quid ex Martha Jeſus eſt ſciſcitatus?
19. Quid Martha fatetur?
20. Quid Martha ſorori clanculum dixit?
21. Quid poſtea Maria facit?
22. Quid rati ſunt Judæi?
23. Quid Maria conſpecto Jeſu ait?
24. Quemadmodum tulit JEſus ploratum hominum?
25. Quid ſciſcitatus eſt Jeſus?
26. Quid reſponderunt?
27. Quo animo affectus eſt Jeſus?
28. Quam ex lacrymis Jeſu conjecturam fecerunt Judæi?

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0379
DFG

29. Quid alii judicabant?
30. Jesus ad monimentum veniens quid jubet?
31. Quid Martha de cadavere ait?
32. Quibus verbis Jesus eam ad fidem est adhortatus?
33. Quid Jesus saxo sublato fecit?
34. Quibus verbis vocavit Lazarum?
35. Quid mortuus peregit?
36. Quid Jesus præcepit?
37. Quem inde fructum ceperunt Judæi?
38. Quid vero alii fecerunt?
39. Qua de re consultarunt propterea Pharisæi?
40. Quæ de Lazaro inierunt consilia?

Sententiæ utiles.

I. Dominus Christus uterinos tres Lazarum, Mariam & Martham amavit.

Unde colligitur eos pacificos fuisse & concordes; id quod alias inter fratres raro admodum fieri consuevit.

II. Dominus Christus dixit: Lazarus amicus noster obdormivit, cum tamen mortuus esset.

Mors piorum profecto non nisi dulcis somnus est, ex quo experrecti æternam nanciscuntur vitam.

III. Domino Christo de Marthæ fide sciscitanti justum redditum est responsum.

Ita quoque nos decet esse paratos ad respondendum cuique fundamentum doctrinæ christianæ a nobis exigenti.

Piæ

Piæ Meditationes.

Quatriduo latuit monimento Lazarus olim
Mortuus; ast Christus surgere jussit eum.
Cunctos, in dubium queis vita futura vocatur,
Ad propere tumulos hosce venire velim.
Ad minimum mentem dubitatio nulla subibit:
Nam me defuncti surgere vita docet.

HISTORIA XXXVII.

de

Ficu arida.

Matth. XXI. Marc. XI.

1. JEsus cum Bethania discessit, Matt. XXI, 18.
Hierosolymam reperens esu-
2. riit; ficumque procul folio- Marc. XI, 13.
sam conspicatus accessit, si quid
3. in ea forte inveniret. Sed ut ad
eam venit, nihil invenit nisi
4. folia: Nec enim tempus erat
ficuum. Tum Christus dixit Matt. XXI, 19.
ei: Ne posthac ex te fructus
5. oriatur unquam. Postero die Marc. XI, 20.
prætereuntes discipuli vident
6. siccatam a radicibus ficum. Ad- - - 21.
miran-

mirantibus id discipulis Petrus dicit Jesu: Rabbi, ecce ficus, quam tu execratus es, aruit.
Marc. XI, 22. JEsus respondens inquit eis: 7.
Habete fidem Deo; pergitque
- - 23. sic dicendo: Hoc vobis con- 8.
firmo, si quis jusserit hunc montem amoveri & in mare conjici; nec animo dubitaverit, sed ea, quæ dicet, credideritque eventura, continget ei, quic-
Matt. XXI, 22. quid dixerit. Tandem oratio- 9.
nem finivit egregio illo dicto: Quicquid precibus fidenter petieritis, fiet.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid Jesu proficiscenti Hierosolymam in itinere accidit?
2. Quid procul conspicatus est juxta viam?
3. Num fructum quendam in arbore reperit?
4. Quibus verbis Jesus execratus est arborem?
5. Numquid execratio ista potuit?
6. Quid Petrus Jesu dixit?
7. Quam communem regulam Jesus dedit discipulis suis?
8. Quid Jesus porro de fidei vi atque potentia loquitur?
9. Quid confirmavit de precibus?

Sen-

Sententiæ utiles.

I. Dominus Jesus, cum esset in statu suo humili, esuriit,
Quod pauperibus esse potest solatio, quibus non est copia panis: Dominus enim Jesus novit, quo animo ii sint affecti, quibus stomachus latrat.

II. Ficum nullos ferentem fructus Jesus execratur.
Ficus repræsentat imaginem Judæorum, quibus semper ita est acclamatum: Heus, edite dignos correcta vita fructus, qui cum non sequerentur, tota gens eversa est.

III. Dominus Jesus discipulis suis dixit: Deo habete fidem.
Jesu sic præcipiente fidem, nihil impedit, quo minus confidenter Deum, ut fidem nostram auspicetur, conservet & augeat, invocemus.

Piæ Meditationes.

Mi Jesu, totus qui mansuetudo fuisti,
Cur male sycomoro dicere quæso libet?
Sed quid ego quæro? ficus se perdidit ipsam;
Pro fructu folium non nisi præbet ea.
Si tu, Christe, rogas, numnam sim fertilis arbor?
Non ego diffiteor me tibi ferre parum.

Historia XXXVIII.

de

Fisco Hierosolymitano.

Marc. XII. Luc. XXI.

1. JEsus sedens e regione fisci, spectabat, ut multitudo confer- Marc. XII, 41.

ferret æs in fiscum; ac multis 2.
divitibus multa conferentibus,
Marc. XII, 42. Jesus vidit etiam quandam vi- 3.
duam, quæ duos teruncios con-
ferret. Est autem teruncius
idem ac quadrans. Advocatis 4.
- - 43. discipulis suis Jesus: Certo sci-
tote, inquit eis, hanc pauper-
rem viduam plurimum omni-
um contulisse, qui contulerunt
- - 44. in fiscum. Omnes enim ex eo, 5.
quod ipsis supererat, contule-
runt: At hæc ex sua penuria,
quicquid habebat, totum vi-
ctum suum contulit.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid Jesus e regione fisci sedens spectabat?
2. Quid obtulerunt?
3. Quid contulit pauper quædam vidua?
4. Quid Jesus de terunciis hujus viduæ judicavit?
5. Qua ratione Jesus sententiam suam confirmavit?

Sententiæ utiles.

I. Hierosolymæ in fano erat fiscus, in quem æs contulerunt homines.

Pari modo pecuniam in christiana concione ad fanorum ludorumque litterariorum ædi-

ædificia restauranda, ut & ad alendos pauperes, conferri haud nefas est.

II. Ejusmodi fiscus Germanorum voce dicitur: **Gottes-Kasten:** *Cista Deo sacra.*

Quæ appellatio satis commoda & æqua est: Qui enim aliquid confert, mutuo quasi dat Deo Domino, quive aliquid inde furtim aufert, furatur Deo.

III. Dominus Jesus sedens e regione fisci, spectabat, quid quisque conferret.

Quo munere Dominus Jesus ad hodiernum diem fungitur, dum accurate, quid quisque conferat, observat.

Piæ Meditationes.

Ne dicas: Do nihil; cum me penuria vexet,
Mentem, sed curat munera nulla Deus.
Servator viduæ munuscula tollit ad astra,
A qua pauperibus parva moneta datur.
Tantum quisque dabit, quantum ferat ipsa facultas
Aureus & cupreus nummus, uterque vale.

HISTORIA XXXIX.

de

Decem virginibus.

Matth. XXV.

1. JEsus similiter, inquit, die extremo accidet in regno cœlesti, atque in decem virgini-
2. bus, quæ sumtis suis lucernis

Matt. XXV, 1.

profectæ sunt obviam sponso.
Matt. XXV, 2. Erant autem earum quinque 3.
stultæ & totidem prudentes;
- - 3. quæ quidem stultæ sumtis suis 4.
lucernis non sumsere secum
- - 4. oleum. At prudentes oleum 5.
cum lucernis sumserunt
- - 5. in suis vasis. Tardante 6.
autem sponso, dormitarunt
omnes, dormieruntque. De- 7.
inde media nocte clamor exti-
- - 6. tit: Adventat sponsus, prodite
- - 7. ei obviam. Tunc surrexerunt 8.
omnes illæ virgines, suasque
- - 8. lucernas adornarunt. At fa- 9.
tuæ prudentibus dixerunt: Im-
pertite nobis de oleo vestro:
Nam lucernæ nostræ extin-
- - 9. guuntur. Sed prudentes eis ita 10.
responderunt: Quidsi non
satis sit nobis & vobis? quin ite 11.
potius ad venditores, & vobis
- - 10. emite. Euntibus autem illis ad 12.
emendum, venit sponsus, cum
quo, quæ paratæ erant, ingres- 13.
sæ sunt ad nuptias, clausæque
sunt fores. Postea veniunt & 14.
- - 11. reliquæ virgines: Et Domine 15.

Do-

Domine, inquiunt, aperi no-
16. bis. At ille: Profecto non novi Matt. XXV, 12.
17. vos, inquit respondens. Quam- - - 13.
obrem vigilate, quandoquidem diem aut horam nescitis, qua sit venturus homine natus.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quemadmodum accidet in cœlesti regno die extremo?
2. Quid decem virgines fecerunt?
3. Quodnam inter eas fuit discrimen?
4. Quid stultæ apparabant?
5. Quid prudentibus curæ fuit?
6. Quid eis, tardante sponso, obvenit?
7. Quid clamoris media nocte extitit?
8. Quid virgines audito clamore fecerunt?
9. Quid stultæ prudentibus dixerunt?
10. Quid prudentes responderunt?
11. Quid suaserunt fatuis?
12. Quid interea, euntibus illis ad venditores, accidit?
13. Quænam virgines una cum sponso ingressæ sunt ad nuptias?
14. Annon patuerunt ceteris fores?
15. Quid stultæ redeuntes clausis foribus fecerunt?
16. Quid illis sponsus respondit?
17. Quo monito Dominus JEsus hanc similitudinem finivit?

Sententiæ utiles.

In hac historia ter tres figuratæ inveniuntur dictiones.

I. Priores tres figuratæ dictiones:

1. Per decem virgines intelliguntur omnes sacro baptismate abluti.
2. Quinque prudentes virgines sunt omnes, qui animo sunt Christiani.
3. Quinque fatuæ virgines sunt simulatores illi, qui verbis tantum sunt Christiani.

II. Posteriores tres figuratæ dictiones:

1. Cœleste regnum notat regnum gratiæ in terra, quod est Ecclesia christiana.
2. Lucerna significat vitæ rationem.
3. Oleum nihil est aliud, quam salutaris fides, per charitatem agens.

III. Postremæ tres figuratæ dictiones:

1. Sponsus est Dominus Jesus, qui sibi nos in æternum cupit esse desponsos.
2. Nuptiæ sunt vita æterna, sive regnum gloriæ in cœlo.
3. Media nox est extremus dies sive mundi interitus.

Piæ Meditationes.

Ad sponsum nequeunt accedere quinque puellæ:
Non oleum fidei lucet & ardet eis;
Sed reliquas Christus vigiles sibi quinque recepit,
Cum illarum radiet lumine firma fides.
Tempore maturo memet facemque parabo,
Ut mecum possit sponsus inire domum.

Hi-

HISTORIA XL.

de

Extremo judicio.

Matth. XXV.

1. CUm venerit homine natus Matth. XXV,
2. cum ſua gloria, nec non 31.
omnes ſancti Angeli cum eo,
3. tum ſedebit in ſuo glorioſo tri-
4. bunali, coramque eo congrega- - - 32.
5. buntur gentes omnes; isque eos
alios ab aliis ſeparabit, quemad- - - 33.
6. modum ſeparat paſtor oves ab
hædis. Statuetq; oves ad dexte-
ram ſuam, hædos autem ad læ-
7. vam. Deinde dicet re xeis, qui - - 34.
8. erunt ad ejus dexteram: Adeſte
beati Patris mei, poſſidete para-
tum vobis regnum ab orbe - - 35.
9. condito. Nam cum eſurirem,
10. dediſtis mihi comedere; cum
11. ſitirem, bibere; me, cum hoſpes - - 36.
12. eſſem, accepiſtis; cum nudus,
13. veſtiviſtis; cum æger, viſita-
14. viſtis; cum in cuſtodia, viſiſtis. - - 37.
15. Tum juſti ſic ei reſpondebunt:
Domine, quando te vidimus
eſurientem, ut paverimus? aut - - 38.
ſitientem, ut potum dederi-

mus? quando autem te vidimus hospitem, ut acceperimus? aut nudum, ut vestieri-
Matth. XXV, mus? quando te vidimus æ-
39. grum, aut vinctum, ut inviseri-
- - 40. mus? Quibus respondens Rex: 16.
Certo scitote, inquiet, quatenus vel minimo horum meorum fratrum feciſtis, vos mi-
- - 41. hi feciſſe. Deinde dicet ſiniſtris: 17.
Faceſſite a me, execrabiles, in ignem ſempiternum, diabolo
- - 42. ejusque angelis paratum; qui 18.
mihi nec eſurienti cibum, nec 19.
ſitienti potionem dederitis, nec 20.
- - 43. hoſpitem acceperitis, nec nu- 21.
dum me veſtieritis, nec æ- 22.
grum & vinctum viſitaveritis.
- - 44. Tum illi quoque ſic ei reſpon- 23.
debunt: Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut ægrum, aut vinctum; neque ſubvenimus? Quibus ille 24.
- - 45. ſic reſpondebit: Profecto, (inquam vobis) quatenus vel minimo horum non feciſtis, mi-
- - 46. hi non feciſtis. Ita adibunt hi 25.
in

26. in pœnam sempiternam, justi vero in vitam sempiternam.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quis intereunte mundi machina veniet?
2. Quis cum eo veniet?
3. Quo loco sedebit homine natus?
4. Quis coram eo congregabitur?
5. Quemadmodum homines separabit?
6. Quo statuet oves?
7. Quo hædos?
8. Quid Christus eis, qui erunt ad ejus dextram, dicet?
9. Quando ei dederunt comedere?
10. Quando bibere?
11. Quando eum acceperunt?
12. Quando vestierunt eum?
13. Quando eum visitarunt?
14. Quando eum invisérunt?
15. Quid justi opponent?
16. Quid rex respondit?
17. Quid rex sinistris dicet?
18. Quid esurienti denegarunt?
19. Quid sitienti?
20. Quid hospiti?
21. Quid nudo?
22. Quid ægro & vincto?
23. Quid, qui stabunt ad sinistram, expostulabunt?
24. Quid rex illis respondebit?
25. Quo abibunt improbi?
26. Quo vero justi abibunt?

Sententiæ utiles.

In hac narratione tres notatu dignæ sententiæ, quas judex extremo die habebit in ore, inveniuntur:

I. Prima insignis sententia est: Adeste, beati Patris mei.

Utinam hoc omnes ægri animo meminerint; si in hoc seculo non sint admodum beati, satis est, si in futuro possint esse beati cœlestis Patris filii.

II. Altera notatu digna sententia est illa: Facessite a me execrabiles in ignem sempiternum.

Utinam hæc vox in omnium pertinacium profanorumque hominum auribus sonaret, ut quavis ardente face conspecta atque pruna cogitarent ignem sempiternum.

III. Tertia memorabilis sententia ea est: Isthoc mihi feciſtis.

O si omnes divites animo secum reputarent, quibus in manu est, esurientibus dare comedere, sitientibus præbere potum, nudos vestire, hospites accipere, ægros visere, vinctosque consolari.

Piæ Meditationes.

Illud feciſtis mihi, quod feciſtis egenis:
Christus ait veniens judicis esse loco.
Quam læti surgent defuncti, quamque beati,
Qui bona pauperibus multa dedere probis!
Euge boni, turbat quos jam fortuna siniſtra,
Dante Deo, vobis munera larga dabo.

Hi-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0392
DFG

Historia XLI.
de
Adventu Christi in urbem Hierosolymam.

Matth. XXVI. Marc. XIV. Luc. XXII. Jo. XIII. 1. Cor. XI.

1. JEsus Hierosolymis propin- Matt. XXI, 1.
quans, misit duos discipulos,
2. dicens eis: Ite in vicum, qui - - 2.
3. contra vos est, & protinus in-
venietis asinam ligatam, & pul-
4. lum cum ea: Solvitote & mihi
5. adducitote. Quod si quis vobis - - 3.
aliquid dixerit, dicetis, Domi-
num eis egere; & statim dimit-
6. tet eos. Hoc autem totum fa- - - 4.
ctum est, ut id accederet, quod
a vate dictum fuerat his verbis:
7. Dicite puellæ Sioni: Ecce Rex Zach. IX, 9.
tuus tibi venit mansuetus, in-
sidens asinæ & asello jumenti
8. pullo. Igitur profecti discipu- Matth. XXI, 6.
li fecerunt, sicut eis mandave-
9. rat Jesus, asinamque & pullum - - 7.
10. adduxerunt, & eis vestimen-
11. ta sua imposuerunt, & eum su-
12. per ea collocarunt. Maxima - - 8.
autem hominum multitudo

suis vestimentis viam consternere; alii abscissos ex arbori- 13.
bus ramos per viam sternere;
Matth. XXI, 9. vulgus autem partim præce- 14.
dens, partim subsequens sic ac-
clamare: Hosanna, Davidide,
Ps. CXVIII, 24. bene sit ei, qui venit in nomi-
ne Domini, Hosanna in supre-
Luc. XIX, 39. mis. At quidam Pharisæorum 15.
ex turba dixerunt ei: Magister,
- - 40. objurga tuos discipulos. Qui- 16.
bus ille respondens: Scitote,
inquit, si taceant hi, clamatu-
Matth. XXI, 10. ros esse lapides. Eo ingresso 17.
Hierosolymam, commota est
tota civitas dicens: Quis est hic?
- - 11. Vulgus autem dicebat: Hic est 18.
Jesus vates a Nazareta Gali-
- - 15. lææ. Jesus ut venit in templum 19.
Hierosolymæ, etiam pueri ac-
clamarunt: Hosanna, Davidide.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid Jesus Hierosolymis appropinquans fecit?
2. Quo duos discipulos misit Jesus?
3. Quid eos inventuros esse dicit?
4. Quid istis jumentis fieri voluit?
5. Quid vero consilii dat, si quis forte impedire conaretur?

6. Chri-

6. Christus cur asinæ insidere voluit?
7. Quodnam est dictum Zachariæ de ea re?
8. Ut fecerunt duo isti discipuli?
9. Quid ad Christum adduxerunt?
10. Quid asinis imposuerunt?
11. Quem super asina collocarunt?
12. Qua re viam consternere cœperunt?
13. Quid alii fecerunt?
14. Quem populus edidit clamorem?
15. Quis ea de re apud Christum conquestus est?
16. Quid Jesus Pharisæis respondit?
17. Quid Jesu ingrediente Hierosolymam, accidit?
18. Quid vulgus dixit?
19. Quid pueri in templo conati sunt?

Sententiæ utiles.

I. Vaticinium Zachariæ de Christi adventu sic incipit: Dicite puellæ Sioni; ecce rex tuus tibi venit.

Sion mons ille vocatus est, cui superior urbis Hierosolymæ pars erat superstructa. Per puellam Sionis cives urbis atque simul tota Israëlitarum gens intelligitur.

II. Adventante JEsu vulgus acclamavit ita: Hosanna, Davidide, bene sit ei, qui venit in nomine Domini, Hosanna in supremis.

Hosanna est vox hebræa, quæ latine redditur: Bene faxit Deus! Cantiuncula vero ista desumta est ex Psalmo CXVIII, 25. 26, ubi verba isthæc inveniuntur: Eja Jova, serva age; eja fave age. Bene sit ei, qui venit in Jovæ nomine.

III.

III. Seniorum exemplum sequentes pueri in templo concinunt: Hosanna.

Judæi cantiunculam istam pueros docuerunt, ut veniente Messia, eadem laudarent eum. Audientes igitur pueri Jesum vatem Nazareta accedere in urbem, Messiam eum esse crediderunt, eumque læta ista acclamatione acceperunt.

Piæ Meditationes.

Triplex adventus Christi narratur in æde:
Primus tum Solymas, ut pateretur, erat;
Alter mœstorum sacro est in pectora verbo;
Tertius extremo tempore magnus erit.
Primus præteriit, nobis nunc ultimus instat,
Alter speratur: Pectora nostra patent.

HISTORIA XLII.
de
Christi ordinatione sacræ Cœnæ.

Matth. XXVI. Marc. XIV. Luc. XXII. Jo. XIII. 1. Cor. XI.

Luc. XXII, 8. JEsus misit Hierosolymam 1.
duos discipulos Petrum & Jo-
Marc. XIV, 13. annem. Quibus, ut hospite re- 2.
perto, in ingenti quodam cœnaculo pascha præpararent,
- - 13. præcepit. Et quo facilius di- 3.
versorium invenirent, Jesus dixit, occursurum esse eis quendam

dam aquæ fictile portantem,
4. quem sequerentur. Vespere Je- Matth. XXVI,
sus eo veniens cum suis duode- 20.
cim discipulis, in mundo postre-
mum est epulatus: Accumben-
5. tes sic est allocutus: Hujus vobis- Luc. XXII, 15.
cum pollucendæ Paschæ cupi-
ditate ductus sum, antequam
6. supplicio afficiar. Inter cœnam
Dominus JEsus instituit cœ-
nam, quam vocamus sacram.
7. Sumtum enim panem actis - - 19.
8. gratiis fregit, & discipulis dedit
9. dicens: Hoc est corpus me-
10. um, quod pro vobis datur; hoc
facite in mei recordationem.
11. Similiter & poculum, post- - - 20.
12. quam cœnatum est, cepit, actis-
que laudibus dedit eis dicens: Matth. XXVI,
13. Accipite & bibite ex eo omnes: 27.
Hic est enim sanguis meus no- 1. Cor. XI, 25.
vi fœderis, qui pro vobis effun- Luc. XXII, 10.
14. ditur ad veniam peccatorum: Matth. XXVI,
Hoc facitote ad mei memori- 28.
am. Quæ omnia peracta sunt Jo- 1. Cor. XI, 23.
vis die, qui nomen a viriditate
accepit, ea nocte, qua Jesus est
proditus.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quos discipulos Jesus Hierosolymam misit?

2. Quid

2. Quid Jesus eis præcepit?
3. Qua ratione eos diversorium invenire docet?
4. Quid Jesus vespere in diversorio fecit?
5. Quid Jesus discipulis agnum paschalem comedens dixit?
6. Quid Jesus inter cœnam istam instituit?
7. Quid primum in sanctas manus sumsit?
8. Quid ipsi cum pane?
9. Cui panem dedit.
10. Quibus, verbis panem distribuens Jesus usus est?
11. Quid Jesus post cœnam manibus cepit?
12. Quid laudibus actis ipsi cum poculo fuit?
13. Quibus verbis Jesus porrigens vinum usus est?
14. Quando Jesus instituit sacram cœnam?

Sententiæ utiles.

I. Jesus postremum agnum paschalem comedens ordinavit sacram cœnam.

Judæi habebant in sua Ecclesia duo sacramenta, quorum unum erat Circumcisio, alterum Agnus paschalis; quorum loco Christus duo alia christianæ commendavit Ecclesiæ Baptismum & sacram cœnam.

II. Dominus Jesus instituens sacram Cœnam primum dixit: Sumite & edite; dein seorsim: Accipite & bibite.

Itaque decet Christianos sacra Cœna uti sub utraque specie, ut Theologi loqui solent, quod ea, quæ Christus constituit, arbitratu hominum mutare non licet.

III. Auctor sacræ Cœnæ dixit sumens panem: Hoc est corpus meum! & prehendens calicem: Hic est meus sanguis.

Ut

Ut in Christi verbis, quod ea sonant, accipiamus, utque credamus, nobis, *in, sub & cum* pane verum Christi corpus; itidemque *in, sub & cum* calice verum Christi sanguinem dari, æquum est.

Piæ Meditationes.

Testamentum aptum Christus tum fecit in orbe,
Cum data discipulis ultima cœna fuit.
Nos sumus hæredes; igitur quid pervenit ad nos?
Ecce caro una cum sanguine nostra salus.
Euge, fide Christi natus sum, quod bene novi,
Ergo quis rapiet munera parta mihi?

HISTORIA XLIII.

de

Juda proditore.

Matth. XXVI. Marc. XIV. Luc. XXII. Jo. XVIII.

1. DOminus Jesus duodecim ha- Matth. XXVI,
2. buit discipulos, quorum 14.
3. unus nomine Judas Iscariota
4. eum prodidit. Judas crume-
nam habens non fidus, sed fur
5. fuit. Tandem ei diabolus men- Jo. XII, 6.
tem injecit, ut magistrum su- XIII, 2.
6. um proderet. Quare Judas cum Matth. XXVI,
Pontificibus pactus est, ut sibi 14.
triginta nummos argenteos
7. darent. Id quod Dominus Je-
sus pro sua omnium rerum

co-

cognitione novit, atque discipulis non obscure significavit.
Jo. XIII, 4. Primum hoc, cum discipulis lavisset pedes, indicans ita dixit: 8.
- - 21. Certo certoque scitote futurum esse, ut unus vestrum me prodat. 9.
- - 22. Tum discipuli inter sese intueri, dubitantes, de quo diceret. 10.
- - 23. Recumbebat autem unus discipulorum Jesu in ejus gremio, quem Jesus amabat. 11.
- - 24. Huic innuit Simon Petrus, ut scisciteretur, quisnam is esset, de 12.
- - 26. quo diceret? Jesus Joanni: Is est, inquit, cui ego intinctam 13.
- - 27. bucceam porrigam. Tum bucceam intingit, & Judæ, Simonis filio, Iscariotæ, dat. 14.
Ac tum post eam bucceam intravit in 15.
Matth. XXVI, eum Satanas. Dein conquestus 16.
21. est Jesus de proditore, cum sacram Cœnam institueret. 17.
- - 23. Discipulorum unus atque alter propterea cœperunt ei dicere: 18.
- - 25. Egone is, sum, Domine? Tan- 19.
- - 25. dem & Judas sic est locutus: Isne ego sum, Rabbi? Cui ille: 20.
Jo. XVIII, 1. Tu dixisti. Post illam postremam

mam cœnam Jesus in hortum Luc. XXII, 44.
21. intraverat, ubi angoribus ita
confectus est, ut sudore mana-
ret simili sanguineis guttis ad
22. terram delabentibus. Tum Ju- Matth. XXVI,
das venit & una cum eo ingens 47.
multitudo cum gladiis & fusti-
23. bus, facibus ac funalibus. Ju- - - 48.
das autem eis dederat signum
dicens: Quem osculatus fue-
ro, is est, eum comprehendite.
24. Igitur Jesum protinus aggres-
sus dixit: Ave Rabbi, eumque - - 49.
25. deosculatus est. Et Jesus: Amice, - - 50.
ce, inquit ei, quorsum ades?
Juda, tune osculo homine na- Luc. XXII, 48.
26. tum prodis? Tum illi JEsum Matth. XXVI,
aggressi, manus in eum inje- 50.
cerunt, eumque comprehen-
27. derunt. Simon Petrus stricto, Jo. XVIII, 10.
quem habebat, gladio servum
pontificis percussit, eique dex-
28. teram abscidit auriculam. Jesus Luc. XXII, 51.
29. vero tacta illius auricula, eum
30. sanavit, dixitque Petro: Con- Jo. XVIII, 11.
de tuum gladium in vaginam.
Paulo post Judam pœnituit Matth. XXVII,
31. proditionis, reddiditque tri- 3.

ginta nummos argenteos pon-
Matth. XXVII, tificibus & senatoribus, sese 32.
4. peccavisse dicens, qui sangui-
nem prodidisset innocentem.
At illi: Quid ad nos? inqui- 33.
5. unt, tu videris. Quo facto Ju- 34.
das discessit, & desperans de
sua salute se laqueo præfoca-
Act. I, 18. tum ivit. Suspensus crepuit 35.
medius, effusaque sunt ejus o-
Matt. XXVII, mnia viscera. Pontifices num- 36.
6. mos in templi fiscum referre
noluerunt, quippe cum preti-
7. um esset sanguinis. Itaque ca- 37.
pto consilio emerunt agrum
figuli ad peregrinorum sepul-
turam.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quot Jesus habuit discipulos?
2. Quis eorum erat proditor?
3. Quo Judas functus est officio?
4. An bona fide etiam servavit pecuniam?
5. Quam ei mentem diabolus injecit?
6. Quid Judas cum pontificibus pactus est?
7. Num Jesus, quid Judas haberet in animo, scivit?
8. Cui Jesus primum id indicavit?
9. Quid Jesus lotis pedibus dixit?
10. Quid discipuli hoc audito cœperunt?
11. Quis discipulorum tum in Jesu gremio recumbebat?

12. Quid

12. Quid huic Petrus innuit?
13. Quid Jesus Joanni de proditore sciscitanti dixit?
14. Cui discipulorum Jesus dedit bucceam?
15. Quid post sumtam bucceam accidit?.
16. Quando Jesus iterum de proditore est conque-
17. Quid alius atque alius discipulus dixit? (stus?
18. Purgavitne se etiam Christo Judas?
19. Quid ipsi respondetur?
20. Quo Jesus post cœnam abiit?
21. Quid Servatori in horto accidit?
22. Quis convenit Jesum in horto?
23. Quodnam signum Judas dederat militibus?
24. Quem honorem Jesu habuit Judas?
25. Quid Jesus post osculum dolo datum, respondit?
26. Quomodo Jesum sunt aggressi?
27. Quid Petrus ausus est?
28. Quid negotii Jesu est cum aure?
29. Quibus verbis objurgavit Petrum?
30. Incessitne Judæ dolor ex peccato?
31. Quo retulit trifur ille nummos argenteos?
32. Quid proditor pontificibus dixit?
33. Quid solatii dant ei pontifices?
34. Quam mortem tandem obiit?
35. Quid cadaveri ejus execrabili accidit?
36. Quo delati sunt nummi?
37. Quid istis nummis emerunt?

Sententiæ utiles.

I, Occasio facit fures.

Id quod nos Judas docet, qui, cum in Apostolo rum numerum veniret, haud dubie bonus fuit, sed accepta crumena primum fur, dein proditor, & tandem interemtor sui factus est.

II. Diabolus Judæ mentem injecit, ut Jesum proderet.

Hic, unde pravæ oriantur cogitationes, audimus, ab insidiatore videlicet diabolo.

III. Post proditionem Judas: Peccavi, inquit, qui sanguinem prodidi innocentem.

Ea conscientiæ est consuetudo, ut primum penitus conticeat, & quasi secura dormiat, donec in flagitium sit consensum, deinde delicto admisso evigilet, hominemque sæpius ad desperationem adigat.

Piæ Meditationes.

Venditus est Jesus nummis triginta maligne;
Auri, quo redigis pectora, sacra fames?
Mortales suescunt peccatum pendere parvi,
Cum quis ceu Judas omnia fraude paret.
Ut sacri libri demonstrant, æris amorem
Fontem cujusvis criminis esse reor.

HISTORIA XLIV.

de

Petro Christum sibi notum esse negante.

Matth. XXVI. Marc. XIV. Luc. XXII. Jo. XVIII.

Matt. XXV, 31. POst cœnam Jesus inquit suis 1.
discipulis: Me deseretis vos
- - 33. omnes hac nocte. At Simon 2.
Petrus respondens dixit: Etiamsi te deseruerint omnes, ego
Luc. XXII, 31. tamen nunquam deseram. Et 3.
- - 32. Jesus ei vicissim: Simon, Simon,
conatus est quidem Satanas cribra-

brare vos, ut frumentum; verum ego pro te oravi, ne te fi-
4. des deficeret. At Petrus: Do- Luc. XXII, 33.
mine, inquit ei, tecum paratus
sum & carcerem & mortem
5. adire. Et Jesus: Sic habeto Pe- Marc. XIV, 30.
tre, inquit, non prius gallum
hodie cantaturum, quam tu, me
tibi notum esse, ter negaveris.
6. At ille multo audacius dicere: - - 31.
Imo etiamsi me una tecum
mori oporteat, non abnegabo Matth. XXVI,
7. te. Similiterque etiam omnes 35.
8. discipuli dixerunt. Cum vero - - 56.
Judas Jesum prodidisset, discipuli omnes eo relicto fugerunt.
9. Sed Petrus eum procul secutus Marc. XIV, 54.
est usque in pontificis atrium,
10. ubi adstabant servi & ministri Jo. XVIII, 18.
pyræ, quam fecerant & cale- Matth. XXVI,
11. fiebant. Eo etiam loco Petrus 58.
12. resedit, ut exitum videret; quem Jo. XVIII, 17.
subito janitrix ancilla sic allo-
13. quitur: Nonne tu quoque ex
hujus hominis discipulis es?
At Petrus negavit ita dicens. Marc. XVI,
Nescio, nec intelligo, quid dicas. 68.
14. Deinde foras in vestibulum egressus est, & gallus primo ce-

Matth. XXVI, cinit. Non multo post ancil- 15.
71. larum alia atque alia sequens
dixit: Hic quoque erat cum
- - 72. JEsu Nazareno. Petrus vero 16.
rursum jurejurando negavit, se
Luc. XXII, 59. noviſſe hominem. Postea inter- 17.
posita una fere hora, qui ade-
rant, aggrediuntur Petrum:
Matth. XXVI, Profecto, inquiunt, tu quoque
73. ex eis es: Nam tua te locutio
Jo. XVIII, 26. manifestum reddit. Et unus ex 18.
servis pontificis, ejus cognatus,
cujus Petrus abſciderat auricu-
lam, aperte dixit: Nonne ego te
Marc. XIV, 71. vidi in horto cum eo? At Petrus 19.
cœpit detestari & jurare, se se
non noviſſe hominem illum,
- - 72. quem illi dicerent. Et iterum eo 20.
Luc. XXII, 61. loquente gallus cecinit. Et con- 21.
versus Dominus Jesus Petrum
adspexit; & Petrus Domini di-
ctum recordatus, qui ei fore di- 22.
xerat, ut, priusquam gallus bis
- - 62. caneret, eum ter negaret. Foras 23.
autem egressus Petrus acerbe
flevit.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quid Jesus post cœnam suis discipulis ait?
2. Quid Petrus audax respondet?

3. Qui-

3. Quibus verbis Jesus Petrum inprimis monuit?
4. Quid Petrus confirmat?
5. Quid Jesus Petro prædixit?
6. Quid Petro firmissime propositum erat?
7. Quid ceteri discipuli affirmarunt?
8. Numnam discipuli etiam Jesu prodito steterunt promissis?
9. An Petrus una cum ceteris se dedit in fugam?
10. Quid conspiciebatur in atrio pontificis?
11. Quamobrem ad pyram accessit Petrus?
12. Quid janitrix Petro dixit?
13. Quid ei Petrus respondit?
14. Quid accidit, cum Petrus primum se Christum nosse negasset, & foras in vestibulum egrederetur?
15. Quid deinde ancillæ dixerunt?
16. Petrusne jam se Christum nosse profitetur?
17. Quid tandem omnes, qui aderant, confirmant?
18. Quid inprimis cognatus ejus, cui Petrus auriculam absciderat, dixit?
19. Quid fecit Petrus tertium tentatus?
20. Quid, cum ter negasset, accidit?
21. Quis eodem temporis momento aspexit Petrum?
22. Quid recordatus est Petrus, cum a Domino aspiceretur?
23. Quid Petrus agnita peccati gravitate egit?

Sententiæ utiles.

I. Confidentia nimia est temeritas maxima.
Hoc Petrus est expertus, qui mori se cum Christo velle jactitans, postea ancillam tantopere timuit, ut sibi Christum notum esse negaret.

II. Ministri Dei versantur in magno periculo.

Quemadmodum enim diabolus Apostolo Petro est insidiatus; sic hodieque omnes Apostolorum successores a Christo conatur abstrahere.

III. Christianorum est, pro Christianis diligenter apud Deum intercedere.

Jesus suo exemplo nobis prævivit, & pro Petro intercessit, ne eum fides deficeret.

Piæ Meditationes.

Petrus confestim discedens flevit acerbe,
Cum se vidisset criminis esse reum.
Quodsi forte cadam detrusus dæmonis astu,
(Quod clemens Dominus vertat abesse procul!)
Peccatum subito contrito corde dolebo;
Id, cujus memet pœnitet, effugiam.

Historia XLV.

de

Jesu a Judæis damnato.

Matth. XXVI. XXVII. Marc. XIV. XV. Luc. XXII. XXIII. Jo. XVIII. XIX.

Matth. XXVI, 57. DOminus JEsus primum a pontificibus Hierosolymæ 1.
Marc. XIV, 56 damnatus est. Qui non paucos 2.
adversus eum falsa testificantes
60. advocarunt; sed consentanea 3.
non fuerunt eorum testimonia.
Matth. XXVI, 63. Tandem pontifex eum his ver- 4.
64. bis allocutus est: Obtestor te per
Deum immortalem, ut nobis
dicas, an tu sis Christus Dei filius?

5. us? Cui Jesus: Est, ut dixisti, in- Matth. XXVI,
6. quit. Tum pontifex vestimen- 65.
ta sua lacerare, quod impie lo-
cutus esset, dicens, quid jam no-
7. bis opus est testibus? Reliqui sa- - - 66.
cerdotes & scribæ itidem eum
8. morte dignum judicarunt. De- Luc. XXII, 66.
inde orto die adduxerunt
JESUM ad senatum, atque
rogantes dixerunt ita
9. omnes: Tu igitur filius Dei es? - - - 70.
10. Et ille iterum: Sum, quem vos
11. esse me dicitis, inquit eis. Tum - - - 71.
illi omnes: Quid jam nobis te-
stimonio opus? inquiunt, cum
ipsi ex ejus ore audiverimus.
12. Quo facto Jesum romano Præ- Jo. XVIII, 28.
tori Pontio Pilato tradiderunt.
13. Cum enim Romani Judæam te- - - - 31.
nerent, Judæis non erat licitum
14. quenquam interficere. Pilatus - - - 29.
sedulo perquirens, quid huic Je-
su crimini daretur? ex Judæis
15. audit: Jesum se regem dicen- Luc. XXIII, 2.
tem alienare gentem a Cæsare.
16. Pilatus cum Jesum rogaret: Es- Jo. XVIII, 33.
17. setne rex Judæorum? Jesus ita - - - 37.
respondit: Est, ut tu dicis, me
18. esse regem. Postquam Pilatus Luc. XXIII, 7.

JEsum ditionis Herodis esse 19.
cognovit, misit eum ad Hero-
Luc. XXIII, 8. dem, qui viso Jesu magnopere 20.
lætatus est, cum eum jam diu
- - videre cuperet; verum licet 21.
- - 9. eum multis de rebus interroga-
- - 11. verit, ille ei nihil respondit. Ita- 22.
que despicatus eum Herodes
Pilato in prætorium remisit, fa- 23.
- - 12. ctique sunt inter sese amici Pila-
- - 13. tus & Herodes eo ipso die. Pila- 24.
tus deinde convocavit Pontifi-
ces & magistratus ac populum.
Matt. XXVII, Per festum autem solebat Præ- 25.
15. tor unum vinctum plebi remit-
- - 16. tere, quem vellent. Cum eodem 26.
tempore in vinculis teneretur
quidam illustris nomine Barra-
- - 17. bas, Pilatus Judæis dixit: Utrum 27.
vellent hunc sibi remitti an il-
- - 18. lum? Illi vero universa multi- 28.
tudine exclamarunt, ut eum
tolleret, sibique Barrabam re-
- - 21. mitteret. Pilatus porro: Quid 29.
ergo, inquit eis, faciam de Jesu?
Matth. XXVII, Cui omnes sic reclamant: Cru- 30.
22.
- - 19. cifige. Interea Pilato sic signifi- 31.
candum curavit ejus uxor: Ni- 32.
hil tibi rei sit cum innocente
isto:

isto: Multa enim hodie secundum quietem passa sum, pro-
33. pter eum. Postea Pilatus Jesum Jo. XIX, 1.
verberari jussit, ejusque capiti
implexam ex spinis coronam - - 2.
34. imponi. Miserandum in modum sic afflictum rursus eduxit
Pilatus, dixitque populo: Ecce
35. homo. At Judæi contra: Nos - - 7.
legem habemus, inquiunt ei, ex
qua lege nostra debet mori,
36. quoniam se Dei filium fecit. Pi- - - 12.
latus iterum, utrum is possit ab-
37. solvi, populum tentavit: At Ju-
dæi reclamare: Si istum absol-
38. vis, non es Cæsaris amicus. Po- - - 15.
stremum prætor ita a populo
quæsivit: Regemne vestrum
39. ego crucifigam? Sed pontifi-
ces responderunt: Non habe- Matt. XXVII, 24.
40. mus regem nisi Cæsarem. Tum
Pilatus sumta aqua manus coram plebe lavit, dicens: Ego
insons hujus innocentis sangui-
41. nis sum, vos videritis; & uni- - - 25.
versus populus sic respondit:
Ejus sanguinem luamus nos,
42. nostrique nati. Itaque Barra- - - 26.
bas remissus eis est, Jesus autem crucifigendus est traditus.

Per-

Perspicuæ Quæstiones.

1. A quo Jesus primum damnatus est?
2. Quid consilii inierunt?
3. Quid falsa testantibus accidit?
4. Quibus pontifex verbis Dominum Jesum allocutus est?
5. Quid Christus respondit?
6. Quid pontifex indignans dixit?
7. Quid ceteri judicarunt?
8. Ubi Jesus deinde damnatus est?
9. Qua de re Jesus a senatu interrogatus est?
10. Quid ille respondit?
11. Quid inde collegerunt?
12. Cui postea Jesus est traditus?
13. Judæisne licuit eum interficere?
14. Quid Prætor Pilatus perquisivit?
15. Quo crimine Judæi Jesum accusarunt?
16. Quid Pilatus ex Jesu scisscitatus est?
17. Quid ei Jesus respondit?
18. Ad quem Pilatus Jesum misit?
19. Cur ad Herodem?
20. Quomodo Jesum accepit Herodes?
21. Quid collocutus est Jesus cum Herode?
22. Diune Jesus fuit cum Herode?
23. Quid eo die inter Herodem & Pilatum actum est?
24. Quid deinde Pilatus parat?
25. Quæ Hierosolymæ consuetudo agendi cum captis obtinuit?
26. Quem alium vinctum Pilatus tenuit?
27. Quid deliberandum Pilatus populo proponit?
28. Quid populus respondit?
29. Quid Pilatus porro scisscitatus est?
30. Quis clamor extitit?

31.

31. Quid Pilato uxor ejus significandum curavit?
32. Quid ita?
33. Quemadmodum Dominum Jesum tractarunt?
34. Quid Pilatus Christo verberato fecit?
35. Nonne hac ratione Judæi ad misericordiam sunt commoti?
36. Quid Pilatus tentavit?
37. An Judæi consenserunt?
38. Quid Pilatus postremum a populo quæsivit?
39. Quid Judæi responderunt?
40. Qua re Pilatus innocentiam demonstrat suam?
41. Quis luere voluit?
42. Quid tandem utrique victorum evenit?

Sententiæ utiles.

I. Jesus noctu de loco in locum deductus est.

Illud omnes vespertiliones meminerint, cogitentque, seipsos nocturnis suis delictis Domino Jesu tam inquietas fecisse noctes.

II. Pilatus cum rogasset, quid fieret Jesu? tota turba pleno ore clamavit: Crucifige, crucifige eum.

Hic quanta vulgi inconstantia sit apparet: Die enim, qui a palmis nomen habet, populus concinit: Hosanna; die autem Parasceves conclamat: Crucifige.

III. Barrabas absolvitur & Jesus in crucem agitur.

Judicium illud est iniquissimum: Barrabæ, qui aliis vitam eripuerat, vita datur, & Jesu, qui mortuos in vitam revocaverat, vita adimitur.

Piæ Meditationes.

Ecquis homo! clamat miseranti voce Pilatus;
Cum Jesu monstrat sanguine membra rubra;

Ast

Ast populus magna delirans æstuat ira,
Cujus perpetuus: Tollite, clamor erat.
O Deus, o Jesu, sic mitte videre cruentum
Te, mihi cum lethum lumina perdet atrum.

HISTORIA XLVI.
de
Cruciatu & morte Christi.

Matth. XXVI. XXVII. Marc. XIV. XV. Luc. XXII. XXIII. Jo. XIX. XX.

Matt. XXVI, 37. JEsu Christi cruciatus initium 1.
ceperunt potissimum in horto prope olivarum montem ea
nocte, qua proditus est. Ibi 2.
enim dolere ita cœpit atque an-
- - 38. gi, ut diceret suis discipulis: In
tanto sum animi dolore, ut
Luc. XXII, 41. emoriar. Iterum iterumque po- 3.
sitis genibus precatus est hujus-
modi verbis: Pater, averte, si
- - 42. vis, hoc a me poculum; quan-
quam non mea, sed tua volun-
- - 43. tas fiat. Apparuit autem ei An- 4.
gelus de cœlo, qui eum confir-
- - 44. maret. Atque ille, cum esset in 5.
æstu, vehementius orabat, & su-
dore manabat simili sanguineis
guttis ad terram delabentibus:
Jo. XVIII, 22. Cum deinde in atrio pontificis 6.
esset, unus ministrorum, qui
aderat,

7. aderat, ei alapam impegit; alii Matth. XXVI,
ei faciem conspuere & colaphos 67.
8. impingere; alii faciem ejus ob- Marc, XIV, 65.
velare atque tundere cœperunt,
& ita interrogare: Divina, Chri- Luc. XXII, 64.
ste, quis sit, qui te percussit.
9. Cum esset apud Herodem, mi- - XXIII, 11.
nistri ludificati sunt eum, in-
10. dueruntque veste splendida. In Jo. XIX, 1.
Pilati prætorio miserabiliter fla-
11. gris cæsus est, eumque postea Matth. XXVII,
spoliatum induunt chlamyde 28.
12. coccina. Alii contextam ex - - 29.
spinis coronam imponunt ejus
13. capiti, & arundinem instar
sceptri regii in ejus dexteram;
atque ita ante eum congenu- - - 29.
14. lantes illudunt & dicentes: Sal-
15. ve, rex Judæorum. Porrecta - - 30.
palma eum feriunt, conspuunt,
16. & sumta arundine ei caput con-
17. tundunt. Tandem eum ad sup- Marc, XV, 22.
plicii locum Golgatha, quod
Calvariæ locum significat, du-
18. cunt. Primum crucem ligne- Jo. XIX, 17.
am ferendam humeris ejus im-
19. ponunt, deinde vero in via Si- Luc. XXIII, 26.
monem quendam comprehen-
dunt, eumque crucem post Je-
su

Matt. XXVII, 34. Luc. XXIII, 33. - - 34. Jo. XIX, 19. - - 23. - - 25. - - 26. - - 27. Matt. XXVII, 42. Luc. XXIII, 39.

su tergum ferre coguntur. Postea ubi ad locum ventum est, dederunt ei bibere acetum cum felle mixtum, quod ille, cum gustasset, noluit bibere. Præterea eum manibus pedibusque cruci suffixerunt, & facinosoros, duos alterum ad ejus dexteram alterum ad sinistram suspenderunt. Jesus: Pater, inquit, ignosce eis, nesciunt enim, quid faciant. Titulus cruci ejus impositus est, in quo ita scriptum erat: Jesus Nazarenus Rex Judæorum. Milites ejus vestimenta inter se distribuerunt, atque de tunica, quæ inconsuta atque a summo tota contexta erat, sortiti sunt. Cum adstarent apud Jesu crucem ejus mater, atque Joannes, quem ille unice amabat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Judæi adstantes irridentes dicunt: Alios servavit, seipsum servare non potest. Facinorosorum unus ad sinistram pendens ei maledicebat ita dicens: Si tu Christus es, serva & te ipsum & nos.

20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0416
DFG

31. nos. At alter eorum pendens ad Luc. XXIII,
dextram contra eum objurga- 42.
vit, postremumque dixit: Me-
mento mei, Domine, cum ve-
32. neris in regnum tuum. Cui - - 43.
Dominus Jesus consolandi eum
gratia: Hoc tibi confirmo, in-
quit, te hodie fore mecum in
33. Paradiso. Postea extiterunt per Marc. XV, 33.
totam terram tenebræ, quæ
tribus elapsis horis demum fu-
34. gerunt. Interea exclamavit Je- Matt. XXVII,
sus magna voce: Mi Deus, mi 46.
35. Deus, cur me dereliquisti? Po-
36. stea dixit: Sitio; quare milites Jo. XIX, 28.
oppletam aceto spongiam & - - 29.
hyssopo affixam admoverunt
37. ejus ori. Jesus aceto sumto di- - - 30.
38. xit: Peractum est. Tandem in- Luc. XXIII, 46.
genti voce clamans dixit: Pa-
ter, tibi in manus commendo
39. spiritum meum; ac inclinato Jo. XIX, 30.
40. capite emisit spiritum. Id quod Marc. XV, 34.
factum est secundum Judæo-
rum rationem numerandi ho-
41. ras nona hora. Et ecce templi Matt. XXVII,
velum in duas partes a summo 51.
42. ad imum fissum est, & terra
43. commota est, & saxa fissa; & - - 52.

monimenta aperta, multaque
corpora sanctorum, qui obdor-
Luc. XXIII, miverant, surrexerunt. Qui- 44.
47. bus rebus commoti multi cum
Marc. XV, 39. centurione dixerunt: Profecto
hic homo justus erat, & filius
Jo. XIX, 34. Dei. Extremo quoque tempo- 45.
re unus militum lancea ejus la-
tus pupugit, ac continuo exiit 46.
sanguis & aqua.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Ubi Christi cruciatus potissimum initium ceperunt?
2. Quo dolore Christus in horto est affectus?
3. Quæ sunt ejus precum verba?
4. Quis Jesum in angustiis confirmavit?
5. Quonam manavit sudore?
6. Quid accidit Jesu in atrio pontificis?
7. Quomodo ceteri eum afflixere?
8. Qua ratione eum illuserunt?
9. Quomodo Herodis ministri eum ludificati sunt?
10. Quid Christo contigit in Pilati prætorio?
11. Qua veste flagris cæsum induerunt?
12. Quid capiti ejus imposuerunt?
13. Quid dederunt in manus?
14. Quibus verbis eum salutarunt?
15. Quid ejus faciei faciunt?
16. Quid ipsis cum arundine?
17. Quo tandem deduxerunt eum?
18. Quis primum tulit crucem?
19. Quis deinde ferre coactus est?
20. Quid potus servatori est datum? 21.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0418
DFG

21. Quo mortis genere multatus est?
22. Quis prope eum suspensus est?
23. Quid Jesus precatus est iis, qui eum in crucem egerant?
24. Quid super capite Jesu scriptum est?
25. Quo retulerunt vestimenta?
26. Quis adstitit cruci?
27. Quid Jesus matri suæ dixit?
28. Quid Joanni?
29. Quibus verbis illuserunt ei cruci adstantes?
30. Quid latro ad illius sinistram pendens dixit?
31. Quid alter ad dextram?
32. Quid Jesus huic crucifixo respondet?
33. Quid in aëre extitit?
34. Quid JEsus acerbissimis doloribus commotus exclamavit.
35. Quid Jesus in cruce postulavit?
36. Quid bibere ei dederunt?
37. Quid sumto potu dixit?
38. Quæ ejus postrema fuerunt verba?
39. Quem habuit vitæ exitum?
40. Qua diei hora exspiravit?
41. Quid nosti de templi velo?
42. Quid de terra?
43. Quid de monimentis?
44. Quid, qui spectabant, dixerunt?
45. Quodnam vulnus Dominus JEsus extrem tempore accepit?
46. Quid ex ejus latere exivit?

Sententiæ utiles.

1. Dominus Jesus hora nona emisit spiritum.

Id quod ex Judæorum consuetudine numerandi horas est interpretandum. Numerantes an-

tem Judæi inceperunt diem non a media nocte, sed ab horis matutinis; prima igitur eorum est nobis sexta, tertia est nobis nona, sexta est nobis meridies, nona nobis est tertia pomeridiana: Itaque Christus, si rem cum nostro horologio conferas, tertia pomeridiana hora obiit mortem:

II. *Domino Christo in cruce quinque vulnera inflicta sunt.* Ambas enim manus confoderunt, ambos pedes, tandemque latus lancea pupugerunt.

III. *Septem voces notatu dignas Christus in cruce edidit:*

1. Pater ignosce eis.
2. Mulier, ecce tuus filius.
3. Hodie eris mecum in Paradiso.
4. Mi Deus, mi Deus, cur me dereliquisti?
5. Sitio.
6. Peractum est.
7. Pater tibi in manus commendo spiritum meum.

Piæ Meditationes.

Quo sum cunque loco verbis mihi personat auris,
Quæ dixti septem de cruce, Christe, tuis.
Postremum inprimis meditor: Vah! quanta voluptas
Me capit! Hinc illud corde tenebo meo.
Spiritus hosce meos etiam cum deseret artus,
Illum commendo tunc tibi, sancte Deus.

Historia XLVII.
de
Domini Jesu humatione.

Matt. XXVII, 57. SUb vesperam venit homo ab 1. Arithmathæa, nomine Joseph

2. phus, dives & honestus sena- Marc. XV, 43.
3. tor; qui ceterorum consilio & fa- Luc. XXIII, 51.
4. cto non assensus erat: Vir enim Jo. XIX, 38.
5. erat bonus & justus; discipulus
Jesu, sed occultus metu Judæo-
rum: is Pilatum aggressus petiit Matt. XXVII,
6. Jesu, corpus. Tum Pilatus jus- 58.
7. sit tradi corpus; & Josephus - - 59.
sumtum corpus involvit mun-
8. do linteo. Accessit & Nicode- Jo. XIX, 39.
mus ferens myrrhæ & aloës
9. misturam ad libras centum.
10. Quo pacto Jesum in novo mo- Matt. XXVII,
11. nimento posuerunt, quod Jose- 60. Jo. XIX, 41.
phus in horti rupe excidendum
curaverat, ibique nemo adhuc
12. situs fuerat. Monimentum ad- Luc. XXIII, 53.
13. voluto ingenti lapide ad illius Matt. XXVII,
14. ostium reliquit Josephus. Erant 60.
15. vero illic Maria Magdalena, & al- - - 61.
tera Maria, e regione sepulchri Marc. XV, 47.
sedentes, & spectabant, quo Chri-
16. sti funus poneretur. Mulieres Luc. XXIII, 56.
domum reversæ præpararunt
17. aromata & unguenta. Postero Matt. XXVII,
die coiverunt pontifices & Pha- 62.
risæi ad Pilatum, & eum sic al-
18. locuti sunt: Domine, memini- - - 63.
mus deceptorem illum dicere,

qvum adhuc viveret, sese intra
tres dies esse resurrecturum.
Matt. XXVII, Quare jube muniri sepulchrum 19.
64. usque ad diem tertium, ne for- 20.
te ejus discipulieum surreptum
eant, dicantque populo, eum
ex mortuis surrexisse, atque ita
novus oriatur error priore de-
65. terior. Quibus Pilatus: Habe- 21.
tis custodiam, inquit, ite id mu-
67. nitum vestro modo. Ita illi se- 22.
pulchrum munitum iverunt, &
adhibentes custodiam lapidem
sigillarunt.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quis venit ad Pilatum?
2. Quis qualisue fuit vir ille?
3. Quemadmodum se gesserat in judicio?
4. Quid de Jesu sentiebat?
5. Quid Josephus petiit?
6. Quid Pilatus respondit?
7. Quid facit funeri?
8. Quis accessit?
9. Quid Nicodemus attulit?
10. Quo loco Jesum posuerunt?
11. Ubi erat monimentum?
12. Nemone eodem erat usus?
13. Quomodo monimentum firmavit?
14. Quænam aderant mulieres?
15. Quid mulieres sibi volebant apud monimentum?
16. Quid

16. Quid mulieres præpararunt?
17. Quis postero die ad Pilatum venit?
18. Quid Pilato pontifices detulerunt?
19. Quid a Pilato fieri volunt?
20. Cur petunt custodiam?
21. Quid Pilatus respondit?
22. Quid pontifices & Pharisæi egerunt?

Sententiæ utiles.

I. Inter omnes homines, cujuscunque sint status atque conditionis, reperiuntur quidam Deum timentes.

In senatu magno Hierosolymæ erant improbi, nihilo secius tamen Josephus probus justusque inventus est. Pharisæi omnium maximi erant simulatores, in quibus tamen versatus est Nicodemus, homo integer.

II. Malum licet averti non possit, illud tamen augere nefas est.

Pius senator Josephus ab Arimathia ita se gessit in senatu, ut, cum impedire non posset, quominus Jesus plurimis suffragiis damnaretur, non tamen ad eorum accederet sententiam.

III. Similis simili gaudet.

Cum de Christo crucifigendo consultaretur, duo improbi Pilatus & Herodes inter se reconciliantur; similiter cum Jesus esset sepeliendus, duo probi viri Josephus & Nicodemus conveniunt.

Piæ Meditationes.

Maximus esse dolor Christo tunc cœpit in horto,
Cum Judas hosti tradere venit eum;
Et quando corpus defuncti de cruce tollunt,
Josephi tumulo suscipit hortus idem.
Sic Dominus Christus depellit & expiat omne,
Quod peccans horto traxerat Eva malum.

HISTORIA XLVIII.
de
Jesu Christo ex mortuis surgente.

Matth. XXVIII. Marc. XVI. Luc. XXIV. Jo. XX.

Marc. XVI, 6. Matt. XXVIII, FEsto Paschæ die surrexit Jesus ex monimento suo; quo tempore magnus terræ motus extitit: Angelus enim Domini de cœlo degressus, venerat avolutum lapidem ab ostio, & super eo sedit. Erat autem ejus species fulguris similis, & indumentum tam album, quam est nix. Atque ejus metu percussi custodes pene exanimati sunt.

Marc. XVI. 2. Interea tres mulieres ex urbe mane veniunt ad Jesu monimentum, quarum una Maria Magdalena, altera Maria Jacobi, & tertia erat Salome. Quæ mulieres emerant aromata, ut corpus Domini JEsu unctum irent. In via inter sese quærunt, quis sibi saxum avolveret ab ostio monimenti? Ut vero orto jam sole ad monimentum veniunt, intuitæ vident

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

13. dent avolutum esse saxum. Ma- Jo. XX, 2.
ria Magdalena revertit in ur-
bem arcessura Petrum & Joan-
14. nem. Ceteræ relictæ mulieres Matt. XXVIII,
monimento appropinquarunt, 5.
15. optatissimumque ab Angelo
quodam acceperunt primum
16. nuntium, Jesum surrexisse. An- - - 6.
gelus eas advocans sic est allo-
cutus: Adeste, videte locum, ubi
17. jacebat Dominus. Monimen- Luc. XXIV, 4.
tum ingressæ conspiciunt duos
alios viros in vestibus adstantes
coruscantibus, qui mulieribus
18. sic dixerunt: Quid quæritis vi- - - 5.
ventem inter mortuos? non est - - 6.
19. hic, sed surrexit. Mulieres con- Matt. XXVIII,
festim ex monimento cum me- 8.
20. tu & ingenti lætitia egressæ id
Domini discipulis renuncia-
21. tum in urbem cucurrerunt. Ma- Jo. XX, 11.
ria Magdalena interim redie-
rat ad monimentum, adduxe-
ratque Petrum & Joannem.
22. Ambo discipuli introgressi vi- - - 6.
dent jacentia lintea & sudari- - - 7.
23. um, & rursus discesserunt. Maria - - 11.
vero adstabat apud monimen-
24. tum plorans extra, & apertis

Jo. XX, 12. oculis aspicit intus duos Angelos albo vestitu, indutos sedentes.
- - 13. Quam cum angeli sic allocuti 25.
sunt: Cur ploras? eis illa: Quo- 26.
niam, inquit, sublatus est meus
Dominus, neque scio, ubi sit
- - 14. positus. Atque hæc locuta con- 27.
vertit se in tergum, & aspicit ad-
stantem Jesum, nesciens esse Je-
sum: Putabat enim illa esse oli- 28.
- - 15. torem. Quare dixit ei: Domi- 29.
ne, si tu eum abstulisti, dic mi-
hi, ubi eum posueris, ut ego
- - 16. eum auferam. Interea Jesus 30.
eam vocavit nomine, atque quis
Marc. XVI, 9. ipse sit, indicavit. Erat autem 31.
Maria Magdalena illa, ex qua Je-
sus septem ejecerat dæmonia.
Matt. XXVIII, Paulo post Jesus occurrit etiam 32.
9. ceteris mulieribus, quæ tum in
- - 11. via erant. Interim quidam cu- 33.
stodum venerunt in urbem, &
pontificibus rem omnem nar-
- - 12. rarunt; atque illi cum senatori- 34.
bus coiverunt, & capto consilio
satis grandem pecuniam mili-
tibus dederunt, atque ita dixe-
- - 13. runt: Dicite, ejus discipulos ve- 35.
nisse noctu & eum vobis dor-
mien-

36. mientibus surripuisse. Igitur Matt. XXVIII,
illi accepta pecunia fecerunt, ut 15.
37. erant docti. Ejus diei horis po- Luc. XXIV, 13.
meridianis Dominus Jesus et-
iam apparuit duobus discipulis
in vicum, cujus nomen erat E-
38. maus, proficiscentibus; se vero
agnoscendum non præbuit, ni- - - 31.
si extremo tempore, atque ex
39. eorum conspectu evanuit. Re- - - 33.
liqui interea discipuli cum con-
gregati essent in urbe usque ad
40. vesperam clausis loci portis præ
Judæorum metu, venit Jesus, in Jo. XX, 19.
41. medioque stetit, & eis dixit:
42. Salvete. (Habete pacem.) Di- Luc. XXIV, 37.
scipulis tunc pavefactis & per-
territis, cum se spiritum cerne-
43. re putarent, ostendit suas ma- Jo. XX, 20.
44. nus atque latus. Hic discipuli
45. viso Domino lætati sunt. Tho- - - 24.
mas Apostolus tum non erat
eum eis, quando venit Jesus; ali- - - 25.
46. is discipulis illud sibi referenti-
47. bus non habuit fidem. Deinde - - 26.
post dies octo rursus Jesus con-
venit congregatos discipulos,
48. cum quibus erat Thomas, qui - - 27.
tum digitum suum & manum

Do-

Jo. XX, 29. Domini JEsu lateri admovere jubetur. Quo facto credidit 49.
Thomas, cui autem Jesus dixit: Felices, qui non viderint & tamen crediderint.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quo die Servator ex monimento surrexit?
2. Quid eo extitit tempore?
3. Quis de cœlo est degressus?
4. Cur venerat Angelus ad monimentum?
5. Quæ fuit Angeli species?
6. Quodnam ejus indumentum fuit?
7. Quid animi habent custodes?
8. Quis mane venit ad monimentum?
9. Quibus vocantur nominibus istæ mulieres?
10. Quid sibi voluerunt in monimento?
11. Quid illas in via solicitat?
12. Quid apud monimentum vident?
13. Quid consilii cepit Maria Magdalena?
14. Quo iverunt ceteræ mulieres?
15. Quid ab Angelo acceperunt?
16. Quid Angelus eas advocans dixit?
17. Quem offendunt in monimento?
18. Quid Angeli mulieribus dixerunt?
19. Quid egerunt mulieres?
20. Quo digressæ sunt?
21. Quis interea redierat ad monimentum?
22. Quid vident duo isti discipuli?
23. Quid Maria porro egit?
24. Quid conspexit in monimento?
25. Quid Angeli ex ea scire voluerunt?
26. Quid Maria Magdalena respondit?

27.

27. Quid conspicit convertens se in tergum?
28. Quem Jesum putabat esse?
29. Quid ei dixit Jesus?
30. Quomodo Jesus, quis sit, aperuit?
31. Quænam mulier Maria Magdalena erat?
32. Cui Jesus occurrit in via?
33. Quid interea custodes egerunt?
34. Quid pontifices captant?
35. Quid custodes in vulgus edere jubentur?
36. Num custodes sunt obsecuti?
37. Cui festo paschæ se Dominus agnoscendum præbuit?
38. Quando se agnoscendum præbuit?
39. Ubi interim ceteri discipuli congregati erant?
40. Quomodo domus firmata erat?
41. Quid Jesus discipulis dixit?
42. Quid discipuli putarunt?
43. Quid eis Jesus ostendit?
44. Gestiebant ne discipuli viso Domino?
45. Quis discipulorum aberat?
46. Quid alii discipuli ei retulerunt?
47. Quid post dies octo accidit?
48. Quid Thomas jubetur?
49. Quid Thomæ dixit Jesus?

Sententiæ utiles.

I. Tres sanctæ mulieres sole oriente venerunt admonimentum.

Unde patet, illas non ad horam usque nonam aut decimam sese volutasse in plumis.

II. Mariæ Magdalenæ, quæ olim fuerat mulier improbissima, Christus primo apparuit.

Unde cognoscitur, quam valde homo pœnitentia

tia mutari possit: Ante enim Maria erat septem diabolorum mancipium, quam peccatorum eam pœniteret; post vero pœnitentiam actam, facta est castissima Domini Jesu amatrix.

III. Cum primum Jesus, postquam surrexerat, discipulos suos allocutus est, precatus est eis pacem.

Propterea omnes Dei ministri admonentur, ut ne quovis modo lites serant, sed pacifici sint & concordes.

Piæ Meditationes.

Si post fata datur miseris spes nulla salutis,
Quid quæso nobis vilius esse potest?
Absit! quam vere Christus surrexit amandus,
Tam certe tumulo surgit & omnis homo.
Quapropter moriens nigram non horreo tumbam
Cum spes sit, corpus posse redire meum.

HISTORIA XLIX.

de

Duodecim Apostolis.

Matth. X. XXVIII. Marc. XVI. Luc. VI. Jo. XX.

Matth. X, 1. POstquam Jesus erat baptiza- 1.
tus, accidit, ut in suam di-
sciplinam reciperet duodecim
viros, quos vocamus ejus disci-
IV, 18. pulos sive Apostolos; homines 2.
non magno natu & singulari
eruditione, sed piscatores, pu-
IX, 9. blicanos aliosque ejusdem fere
Luc. VI, 14. conditionis. Quorum primus 3.
erat Simon Petrus; secundus An- 4.
dreas

5. dreas illius frater; tertius Jaco-
6. bus, Zebedæi filius; quartus illi-
7. us frater Joannes; quintus Phi-
8. lippus; sextus Bartholomæus;
9. septimus Thomas; octavus Luc. VI, 15.
10. Matthæus; nonus Jacobus, Al-
11. phæi filius; decimus Simon Ze-
12. lotes nomine; undecimus Ju-
13. das Thaddæus; duodecimus
14. Judas Iscariota, magistrum - - 16.
15. suum prodens, in cujus locum Act. I, 26.
successit Matthias sorte designa-
16. tus. Discipulis illis initio Jesus Luc. X, 16.
dixit: Qui vos audit, me audit;
& qui vos repudiat, me repudi-
17. at. Jesus cum surrexisset, eos sic Jo. XX, 21.
allocutus est: Salvete, quemad-
modum misit me Pater, sic ego
18. mitto vos. Quo facto dedit eis
potestatem clavium, sive remit-
19. tendi peccata. Afflavit enim di- - - 22.
scipulos, eisque dixit: Accipite
Spiritum Sanctum; si quorum - - 23.
peccata remiseritis, remissa e-
runt; si quorum tenueritis, ten-
20. ta erunt. Jesus cum vellet cœ- Matt, XXVIII,
lum adscendere, congregavit 16.
suos discipulos in monte quo-
21. dam Galilææ, ubi eos & docere

&

& baptizare jussit. Sic enim est
Matt. XXVIII, locutus: Mihi data est omnis po- 22.
19. testas in cœlo & in terra. Vadite
igitur doctum omnes gentes,
eosque baptizate in nomen Pa-
- - 20. tris & Filii & Spiritus Sancti. In- 23.
super eis illud etiam solatii de-
dit: Ego vobis adfuturus sum
perpetuo, usque ad finem secu-
Marc. XVI, 15. li. Undecim discipulis discum- 24.
bentibus JEsus denuo munus
ecclesiasticum demandavit. Eis
enim dixit: Ite in totum orbem, 25.
prædicate Evangelium omni-
- - 16. bus creatis. Præceptum quo- 26.
que de baptizandi ratione con-
firmavit rursum dicens: Qui
crediderit & baptizatus fuerit,
servabitur; qui vero non credi-
derit, condemnabitur. Et po- 27.
stremo iterum eis mirabilia fa-
- - 17. ciendi facultatem dedit: Dixit 28.
enim, fore, ejus nomine dæmo-
nia ut ejicerent, linguis loque-
- - 18. rentur, serpentes tollerent, & si
quid mortiferum bibissent, eis
nihil noceret, & cum ægrotis
manus imposuissent, illi bene
haberent.

Per-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quando Jesus duodecim viros recepit in disciplinam?
2. Quo erant natu?
3. Quodnam nomen fuit primi Apostoli?
4. Quod secundi?
5. Quis tertius fuit?
6. Quis quartus?
7. Quis quintus?
8. Quis sextus?
9. Quo nomine vocatus est septimus?
10. Quo nomine octavus?
11. Quis nonus fuit?
12. Quis decimus?
13. Quis undecimus?
14. Quodnam nomen erat duodecimo?
15. Quis in locum proditoris successit?
16. Quid Jesus initio discipulis suis dixit?
17. Quid Jesus eis, postquam surrexerat, dixit?
18. Quid duodecim illis commisit?
19. Quid simul contigit?
20. Quo loco Jesus congregavit postea discipulos?
21. Quid Jesus eos facere jussit?
22. Quibus Jesus usus est verbis?
23. Quo solatio Jesus eorum animos confirmavit?
24. Quid Jesus in ultima concione egit?
25. Quid Jesus munus ecclesiasticum eis demandans dixit?
26. Quid de Baptismo dixit?
27. Quid Jesus discipulis postremo dedit?
28. Quibus signis ab Apostolis doctrinam confirmari voluit?

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0433
DFG

Sententiæ utiles.

I. Jesus cum discipulis suis loquens: Si quorum peccata remiseritis, inquit, remissa erunt, si quorum tenueritis, tenta erunt.

Quæ facultas in Catechesi munus clavium vocatur: Quarum altera, ut Theologi loquuntur, est solvens, altera ligans. Si quando ministri verbi peccata remittunt, dicuntur uti clave solvente, ligante vero, quando peccata retinent.

II. Jesus discipulos his verbis consolatus est: Ego vobis adsuturus sum perpetuo usque ad finem seculi.

Jesus vult suis discipulis adesse usque ad finem seculi; cum igitur diu mortui sint duodecim illi discipuli, nec vita eorum ad mundi finem conservari potuerit, non est obscurum, Christum discipulorum nomine omnes eorum intellexisse successores.

III. Jesus discipulis facultatem faciendi miracula dedit.

Ea principio Ecclesiæ cum plantanda esset opus fuit; plantata autem nunc ea facultate ista cœtus Christianus carere potest.

Piæ Meditationes.

Christus discipulis: Vestras qui percipit, inquit,
Aure pia voces, audit et ille meam.
Hoc dictum Christi quivis sibi mente reponat,
Et Christum regulam nos docuisse putet.
Nunc quoties verbi præcones audio sancti,
Et Christum credam dicere verba mihi.

Hi-

Historia L.
de
Christo ascendente in cœlum.

Luc. XXIV. Act. I.

1. DOminus Jesus, postquam sur- Actor. I, 3.
rexerat, quadraginta dies
conspiciendum se præbuit in
2. mundo differens cum discipu-
3. lis suis de Dei regno; manda- - - 4.
vit quoque eis, ne Hierosolymis
discederent, donec Spiritum
4. Sanctum accepissent. Discipuli - - 6
quidem eum interrogarunt, an
hac tempestate Israëlitis re-
gnum instauraturus esset? Qui-
5. bus vero ille: Non est vestrum, - - 7.
inquit, tempestates aut tempora
novisse, quæ Pater in sua pote-
6. state posuit. Denique Jesus ex Luc. XXIV, 50.
urbe eos eduxit Bethaniam us-
7. que ad olivarum montem, ubi - - 51.
eis bene precatus est, & inter
8. ominandum discessit: Spectan- Actor. I, 9.
tibus enim discipulis sursum
sublatus est, eumque nubes sub- Marc. XVI, 19.
9. duxit eorum oculis, qui nunc
ad Dei Patris dexteram sedet.
10. Atque illis in cœlum contuen- Act. I, 10.

tibus, ecce duo viri eis in ve-
Act. I, 11. stibus albis adstiterunt; qui ita 11.
dixerunt: Viri Galilæi, quid sta-
tis in cœlum intuentes? Hic Je-
sus, qui istinc in cœlum rece-
ptus est, sic veniet, quo pacto
vidistis eum in cœlum disce-
dentem.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quam diu Jesus, postquam surrexerat, se in mundo conspiciendum præbuit?
2. Qua de re Jesus quadraginta istos dies differuit?
3. Quo loco jussit discipulos manere?
4. Quid eum discipuli interrogarunt?
5. Quid eis ille respondit?
6. Quo deduxit denique Jesus suos?
7. Quid eos valere jubens egit?
8. Quomodo in cœlum sublatus est?
9. Ubi nunc sedet Jesus?
10. Quinam viri apparuerunt?
11. Quid ambo viri dixerunt?

Sententiæ utiles.

I. Discipuli cum scire cuperent, quando futurus sit extremus mundi dies, respondit eis Jesus: Non eorum esse novisse tempora, quæ Pater in sua potestate posuisset.

Omnes igitur, qui annum, quo interiturus sit mundus, prædicunt, sunt deceptores & sycophantæ.

II. Jesus adscendens in cœlum ad dexteram cœlestis Patris resedit.

Ah!

Ah! quanto honori est misero hominum generi consedisse in Sacrosanctæ Trinitatis concilio, personam carne & sanguine nostro præditam, quam jure quodam nostrum licet compellare fratrem.

III. Angeli discipulis dixerunt, Dominum Jesum esse rediturum, quo pacto vidissent eum in cœlum discedentem.

Quin prævit locum nobis paratum, rediens vero nos secum eo deducet, ubi cum Domino perpetuo esse nobis, eumque, sicut est, intueri licebit.

Piæ Meditationes.

Ad dextram sedet Christus Patris omnipotentis
Perpetuo manibus regia sceptra tenens.
Dum caput est Christus, dum nos & corporis artus,
Nostrum est, ut tandem conveniamus eum.
Christus certe (animos non est, quod cura fatiget,)
Adveniet; quamvis nos fugit illa dies.

HISTORIA LI.

de

Spiritus Sancti missione.

Actor. II.

1. NOvem diebus expletis, post- Act. II, 1.
quam Christus in cœlum e-
rat sublatus, illuxit festus Pente-
2. costes dies, quo Spiritus San-
ctus in Jesu discipulos est effu-
3. sus. Eo enim die, cum omnes
Jesu discipuli essent eodem in
4. loco, extitit repente de cœlo - - 2.

sonus, quasi vehementis flatus
ruentis, totamque domum re-
Act. II, 3. plentis, ubi sedebant. Eisque 5.
conspectæ sunt dividuæ quæ-
dam quasi ignis linguæ, & Spi- 6.
ritus Sanctus eorum unicuique
- - 4. insedit; repletique sunt omnes 7.
Sancto Spiritu, & diversis loqui
linguis cœperunt, prout eis Spi-
- - 5. ritus fari dabat. Erant autem 8.
Hierosolymæ habitantes Judæi,
homines religiosi, ex omnibus,
quæ usquam sub cœlo sunt,
- - 6. gentibus; igitur ejus rei dissi- 9.
pata fama, vulgo convenire, & 10.
confusi esse, quod eos sua quis-
que vernacula lingua loquen-
- - 7. tes audiret. Itaque attoniti o- 11.
mnes mirabantur, & inter sese
- - 8. dictitabant: Nonne omnes illi, 12.
qui loquuntur, Galilæi sunt?
Ecquid est, quod nostrum quis-
que vernaculam sibi linguam
- - 12. nativamque audiat? Itaque at- 13
toniti dubitabant omnes, & sic
- - 13. inter sese dictitabant: Quid hoc
sibi vult? Alii deridentes dice- 14.
bant, eos vini esse plenos.

Per-

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quando fuit festus Pentecostes dies?
2. Quid festo illo die accidit?
3. Quid agebant discipuli eo die?
4. Quid extitit eo, quo erant loco?
5. Quid conspectum est in Apostolis?
6. Quid Spiritus ille fecit?
7. Quid Apostolis accidit?
8. Quinam homines Hierosolymæ habitabant?
9. Quid cœperunt isti pii Judæi?
10. Quid audiverunt?
11. Quid dictitabant?
12. Quid potissimum mirati sunt?
13. Quid inter se dictitabant?
14. Quid alii de re admirabili judicabant?

Sententiæ utiles.

I. Spiritu Sancto repleti sunt discipuli, cum concorditer uno versarentur loco.

Age igitur simus omnes unanimes eodem modo affecti fraterno amore, misericordes, affabiles, ut Spiritus pacis quoque sit nobiscum. 1. Petr. III, 8.

II. Spiritus Sanctus Apostolis cum insedisset, eorum linguæ visæ sunt igneæ.

Ignis semper habet & lucem & calorem; similiterque illuminat Spiritus Sanctus luce veritatis, & calefacit hominum corda amoris igne.

III. Cum Jesu discipuli pleni essent Spiritu Sancto, nonnulli dixerunt, eos esse obrutos dulci vino.

Unde intelligimus, quam temere virtus Spiritus Sancti possit illudi, cum dubiis in rebus inconsideranter judicamus.

Piæ Meditationes.

Discipulis, queis tu dederas oracula sancta
Christe, simul per te Spiritus igne datur.
Omnia cum potui, cupidis hæc auribus hausi,
Quæ tua præcones verba dedere mihi.
Spiritus accedat, fac ad me, sanctus amoris,
Ut quoque perficiam, quæ scio, cuncta bona.

HISTORIA LII.

de

Pauli conversione.

Act. VII. VIII. IX.

Act. VII, 58. - - 59. PRimus, postquam Christus in cœlum ascenderat, martyr fuit Stephanus, qui propter constantem de Christo professionem Hierosolymis est lapidatus. Sancto autem Spiritu plenus in cœlum intuitus, & Dei splendorem, Jesumque Deo ad dexteram adstantem conspicatus est. Cujus nece magis quam Paulus delectatus est nemo. Is erat Pharisæus, persequens Christianos quavis ratione. Devastabat enim Ecclesiam, & in domos intrans, ac tum viros, tum fœminas trahens dabat in custodiam. Inprimis minas cædemque spirans in Domini di-

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Act. VIII, 1. Phil. III, 5. Act. VIII, 3. Act. IX, 1.

sci-

8. scipulos, aggressus est pontifi- Act. IX, 2.
cem, & petiit ab eo epistolas
Damascum ferendas ad synago-
9. gas; ut si quos ejus instituti in-
veniret, sive viros, sive fœmi-
nas, vinctos perduceret Hiero-
10. solymam. Sed inter eundum - - 3.
Damasco propinquantem cir-
11. cumfulsit de cœlo lux, ad ter- - - 4.
ramque collapsus vocem audi-
vit sibi dicentem: Saule, Saule,
12. quid me persequeris? Et ille: - - 5.
13. Quis es, Domine? Ego sum Je-
sus (inquit Dominus,) quem tu
persequeris: Durum est tibi
14. contra stimulos calcitrare; hic - - 6.
ille tremens ac stupefactus, Do-
mine, quid me vis facere? in-
15. quit. Cui Dominus: Surge, &
in urbem ingredere, & tibi di-
cetur, quid tibi faciendum sit.
16. Homines autem ejus comites - - 7.
itineris adstabant attoniti vo-
17. cem audientes illi quidem, sed
18. neminem videntes. Saulus ve- - - 8.
ro a terra surrexit, sed apertis
19. oculis neminem vidit. Eum
illi manibus ducentes Dama-

scum introduxerunt; ac per tres 20.
dies non vidit, neque comedit
Act. IX, 9. aut bibit. Erat autem Damasci 21.
discipulus quidam nomine A-
- - 10. nanias, quem Dominus per vi- 22.
sum sic allocutus est: Anania!
Et ille: Quid est, inquit, Domi- 23.
- - 11. ne? Cui Dominus: Surge, in- 24.
quit, & in vicum proficiscere,
qui rectus appellatur, & quære 25.
in ædibus Judæ Saulum nomi-
ne Tarsensem. Is enim suppli- 26.
- - 12. cat; & per visum vidit virum
nomine Ananiam ingressum,
& sibi manus imponentem, ut
- - 13. cernat. At Ananias: Domine, 27.
inquit, audivi ex multis de eo
viro, quantum malorum tuis
sanctis Hierosolymæ fecerit:
Quin etiam hic potestatem ha- 28.
- - 14. bet a pontificibus vinciendi o-
mnes tuum nomen invocantes.
- - 15. Cui Dominus: Vade, inquit: 29.
nam is mihi selectum est instru-
- - 17. mentum. Tum Ananias abiit, 30.
& domum ingressus, ac impo-
sitis illi manibus, dixit: Saule 31.
frater, Dominus me misit, is,
qui tibi in via venienti apparuit,
ut

32. ut videas, Sanctoque Spiritu re-
33. plearis. Ac protinus delapsis ex Act. IX, 18.
ejus oculis quibusdam quasi
34. squamis dispexit, surgens se bap-
tizandum curavit, ac cibo ca- - - 19.
35. pto convaluit. Saulus ille dein- - XIII, 9.
de præclarus Domini Apostolus factus nomen accepit Pauli.

Perspicuæ Quæstiones.

1. Quis primus, postquam Christus in cœlum adscenderat, fuit martyr?
2. Quapropter Stephanus lapidatus est?
3. Quid Stephanus ante obitum intuitus est?
4. Quis Stephani nece delectatus est?
5. Quis homo erat Saulus?
6. Quid Saulus audebat?
7. Quid præsertim Domini discipulis fecit?
8. Quid a pontifice petiit?
9. Cur litteras petiit?
10. Quid ei in itinere accidit?
11. Quam vocem audivit Saulus?
12. Quid Saulus dixit?
13. Quid ipsi est responsum?
14. Quid Saulus Jesu dixit?
15. Quid ei Jesus respondit?
16. Quid ejus comitibus accidit?
17. Cur comites attoniti adstabant?
18. Quemadmodum Saulus se habuit surgens?
19. Quid ei comites fecerunt?
20. Quæ ejus Damasci fuit sors & conditio?
21. Quisnam discipulus fuit Damasci?
22. Quid ei per visum contigit?

23.

23. Quid Ananias respondit?
24. Quid Dominus Ananiæ præcepit?
25. Quem Ananias jubetur quærere?
26. Quid Saulus interea vidit?
27. Quid Ananias expostulat?
28. Quam Saulus habuit potestatem?
29. Quid Dominus Jesus respondit?
30. Quid Ananias fecit?
31. Quid Ananias Saulum conveniens dixit?
32. Quid læti nuntiat?
33. Quid Saulo accidit?
34. Quid Saulus curavit?
35. Quid tandem Saulo evenit?

Sententiæ utiles.

I. Saulus minas spirans fit mansuetus Paulus.

Unde ea virtute esse Deum cognoscitur, cor lapideum ut possit eximere & carni simile producere. Ezech. XXXVI, 26.

II. Saulus audita Jesu voce protinus: Domine, inquit, quid me vis facere?

Cum sentimus Deum mentem nostram ad se trahere, nostrum est, ut, quod ad ejus pertinet voluntatem, sedulo agamus.

III. Paulum Deus singulari ratione ad meliorem frugem convertit.

Nos idem, quod Mosem & prophetas habemus, expectare non possumus.

Piæ Meditationes.

Servator noster: Saul, Saul, quid persequeris me?
Cum dudum mundum deseruisset, ait.
Sic est, qui Christi præcones vexat & odit,
In Dominum Christum desipit atque furit.
Semper suspiciam nec non amplectar amore
Quemque, loco Christus quem cupit esse suo.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0444
DFG

HISTORIÆ
Veteris Testamenti.

1. de mundi creatione pag. 3
2. de hominis creatione 5
3. de innocentiæ statu in Paradiso 7
4. de primorum parentum peccato 10
5. de Caino fratrem Abelem occidente 14
6. de diluvio 18
7. de turri Babylonica 22
8. de Abrahamo & Sara 24
9. de Sodoma & Gomorra 28
10. de Isaaco immolando 32
11. de Isaaci sponsaliis 35
12. de Isaaco natis suis bene ominante 39
13. de scala in somniis Jacobo visa 46
14. de duplici Jacobi conjugio 49
15. de Jacobo colluctante cum Deo 53
16. de Josepho a fratribus vendito 58
17. de casto Josepho in carcerem conjecto 63
18. de Josepho e carcere dimisso 67
19. de Josephi fratribus crescente annona in Ægyptum proficiscentibus 73
20. de Josepho a fratribus agnito 76
21. de servitute Ægyptia 86
22. de Pharaone animum suum obfirmante 90
23. de Mose Israëlitas ex Ægypto educente 97
24. de Israëlitarum itinere per deserta in Chananæam 02
25. de decem sanctæ legis præceptis 108

26. de

26. de Samsone pag. 114
27. de Samuele 121
28. de pontifice Eli 125
29. de Saulo rege 129
30. de Goliatho viro immani 132
31. de Davide a Saulo insidiosissime tractato 137

32. de Bethsaba 142
33. de Absalomo 148
34. de peste Davidis tempore grassante 154
35. de Salomone rege 157
36. de Baalis vatibus 161
37. de Nabothi vinea 167
38. de Elia in cœlum adscendente 172
39. de viduæ cujusdam ampulla olei 176
40. de Babylonica captivitate 179
41. de Estera 183
42. de Amane 187
43. de Jobo. 195
44. de tribus Judæis in flagrantem igne fornacem conjectis 202
45. de Daniele leonibus objecto 206
46. de urbe Ninive 212
47. de Juditha 217
48. de senioris Tobiæ calamitate 225
49. de Tobiæ juvenis itinere 229
50. de Tobiæ juvenis matrimonio 235
51. de Tobiæ juvenis reditu 241
52. de Susanna 247

Hi-

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0446
DFG

HISTORIÆ Novi Testam.

1. de Zacharia sacerdote pag. 254
2. de annuntiatione Mariæ 256
3. de visitatione Mariæ 259
4. de Josepho & Maria 262
5. de Joannis Baptistæ ortu 265
6. de Christi nativitate 268
7. de pastoribus Bethlehemiticis 270
8. de Christi circumcisione 273
9. de Mariæ purificatione 275
10. de visione, quæ obtigit magis 277
11. de Christi fuga in Ægyptum 281
12. de JEsu puero, duodecim annorum amisso & reperto 284
13. de Joanne Baptista munus suum obeunte 287
14. de Christi baptismo 290
15. de Jesu a diabolo tentato 293
16. de muliere Samaritana 296
17. de centurione in oppido Capernaum degente 299
18. de piscina Bethesda vocata 301
19. de vidua Naimensi 304
20. de quadruplici agro 306
21. de Gergesenis 310
22. de homine tabida manu 313
23. de malis in segete herbis 316
24. de Joanne Baptista capite truncato 319
25. de quinque hominum millibus a Jesu saturatis 322
26. de Petro per lacum inambulante 326

27.

27. de muliere Chananæa pag. 326
28. de Christi transformatione, quæ accidit in monte Thabor 332
29. de lunatico 335
30. de cœco nato 338
31. de Martha & Maria 342
32. de filio perdito 344
33. de divite quodam heluone 349
34. de pueris, quibus Jesus bene precatus est 352
35. de Zachæo Christi hospite 354
36. Lazaro suscitato 357
37. de ficu arida 363
38. de fisco Hierosolymitano 365
39. de decem virginibus 367
40. de extremo judicio 371
41. de adventu Christi in urbem Hierosolymam 375
42. de Christi ordinatione sacræ cœnæ 378
43. de Juda proditore 381
44. de Petro Christum sibi notum esse negante 386
45. de Jesu a Judæis damnato 390
46. de cruciatu & morte Christi 396
47. de Domini Jesu humatione 402
48. de Jesu Christo ex mortuis surgente 406
49. de duodecim Apostolis 412
50. de Christo adscendente in cœlum 417
51. de Spiritus sancti missione 419
52. de Pauli conversione 422

S. D. G.

***

Si quæ forte irrepserint sphalmata typographica, eadem, Lector, benevolus corrige, inprimis p. 253. pro *Quadraginta* lege *Quinquaginta*. Vale.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0448
DFG



Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0451
DFG



Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0452
DFG

æ posterita-
aria cum ea Luc. I, 56.
, deinde do-

uæstiones.
o Maria?
?

beta?
gerebat?
ngressa dixit?
nti in matris utero?
æ?
Mariæ?
ta colloquium finivit?
it?
Maria celebravit?
Elisabeta fuit?
utiles.
ter inter se ut colant, æquum

etam imitari decet, inter
omitas & salutatio.
ebent nugæ & joci, christia-
tes; sed de rebus bonis ha-

nitur Mariam: O beatam
unde facile potest intel-
animi salutem pertinen-
em.

Landesbibliothek Mecklenburg-Vorpommern Günther Uecker
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1800512848/phys_0453
DFG